

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Lib. II.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

LIB. II.

TIT. I.

DE

IVRISDICTIONE CRIMINALI.

§. I.

Iurisdictio
criminalis

Iurisdictio criminalis nihil aliud est quam potestas causas criminales dirimendi *a*).

§. II.

quibus
tempore
Taciti,

Antiquissimis temporibus crimina in bello aut comitiis peracta iudicabant *sacerdotes b*); ea uero quæ pacis tempore & extra conuentus publicos erant commissa, *principes cum suis centenariis * c*).

* Ita dicti a *centenis*, in quas t. t. tota Germania distributa erat. V. MEINDERS *de iudic. cent. c. 2.*

§. III.

sub Francis
&

Francorum Reges, crimina, prout a maioribus aut minoribus personis erant commissa, uel ipsi cognouerunt *d*), uel per comites *e*), quorum cuique suus erat pagus.

a) Elem. nostra Iur. 2. obs. 2. §. 3.
Germ. IV, 1.

b) TACITVS *de M.*
G. c. 7. 12.

c) KRESS *d. de uariis iurisd. crim. in Germania generis c.*

d) Capitul VII, 170.

e) Capitul. III, 79.
IV, 497. BIGNONIVS
not. ad MARCVLEFI *formulas.*

pagus. Vnde constabit de causa, cur reges (1) adpellationem a sententia comitum interpositam acceperint f), & (2) suo tempore miserint, qui comites finistros iustitiæ sacerdotes corrigerent g).

§. IV.

Reges stemmatis Saxonici res criminales cognoscebant uel *ipsi*, ubi palatino Saxonibus competitur? quidam h), uel *per duces*, ubi maioris nobilitatis homo, qui in comitibus palatinis non erat, deliquerat i); uel *per comites k)*, ubi homines leuioris conditionis contra leges egerant. Quia itaque regis nomine crimina iudicabant duces comitesque, non potuit non, illo præsentente, horum potestas quiescere l).

§. V.

Ex quo præsertim superioritas territorialis nata est m), iurisdictionem criminalem, den Blut-Bann, den Königs-Bann, qua sibi propriam in suis quique territoriis exercere cæperunt (1) DVCEs (2)

T 3 Burg-

f) Capit. VII, 240. GERMEISTER Grafen-
251. 333. Saal p. 113.
g) BRUMMER de Scabinis c. 6. FRANC. de ROY de missis domin. ad iustit. c. 7.
h) KRESS c. d. obl. 4. §. 18. p. 33.
i) Id c. l. §. 4. BVR-
k) I. P. S. III, 64.
l) KRESS c. d. §. 15. El. nr. Iur. Germ. IV, 4.
m) Entwurf einer gründl. Nachricht von den ehemahligen Landes- herrl. Vogteyen 1. 16.



Burggrauii *n*), Palatini, Marchiones, Landgrauii reliquique *COMITES o*) immediati, & *(3)* post aliquod temporis spatium, *EPISCOPORVM* reliquorumque praelatorum imperio nostro immediate subiectorum *p*) *ii*, qui ab Aduocatis * *Wogten* sunt liberati.

* Hos, qui olim quamuis iurisdictionem in Episcopatibus exercebant, *OCKEL de palat. regio th. L. seq.* constituebant ab initio reges, dein ipsi Prælati, *RECHENBERG de Aduocatis & Aduocatis German. a Cæsare ita priuilegiati LVNIG Spicil. eccl. To. I. p. 140. To. II. p. 341.*

§. VI.

Vnde colligere licebit causam, cur ordinum imperii iurisdictione adhuc ea sit, *(1)* quæ concursum Cæsareæ iurisdictionis respuit *q*), nec Cæsare præsentem quiescit *r*); *(2)* quæ in alieno territorio exerceri nequit, nisi iusto titulo probeatur acquisita.

§. VII.

urbium re-
giarum, Iurisdictionem criminalem, quæ ple-
risque *urbibus regis* cessit *sec. XIV. XV. s*), admodum uariam esse probat

THO-

n) *HORN d. de Burg- grauiis.* *q*) *KRESS c. l. §. 16. p. 73.*

o) *I. P. S. III, 64. KRESS. c. l.* *r*) *ALTESERRA de duc. & comit. III, 7.*

p) *KRESS c. d. p. 80. MEINDERS de iud. cent. p. 195. Acta Lindav. p. 282. seq.* *GVNDLING Pr. p. 143.*

s) *SCHILTER ad L. F. A. p. 263.*



THOMASIVS t), exemploque suo nos docent *Aquisgranum, Wetzlar* u), *Colonia, Brema, Wila* x) aliaque. Quæ uarias uel ex uaria concessione uenit, uel ex eo, quod concessam iurisdictionem mox sub specie aduocatiæ restrinxerint principes, mox sub prætextu banleucæ & politiæ extenderint urbes y).

§. VIII.

Iurisdictione *nobilium immediatorum* non ^{nobilium, tam immediatorum} ubique eadem est. Vix enim omnes eodem modo & ab eadem curia feudali inuestiuntur z). Accedit, quod uarias transactiones cum principibus celebrauerint, uariisque mactati sint priuilegiis a).

§. IX.

Nobili mediato nulla iurisdictionis criminalis species competit, nisi quam præ- ^{quam mediatorum, &} scriptione, consuetudine loci b), priuilegio, inuestitura, pactoue sibi quæsitam probauit. Ex sola potestate dominica nulla deriuari potest c).

§. X.

Etiam **MUNICIPIA** criminalem ali- ^{municipio-} quam ^{rum.}

T 4

z) d. de iurisdictionis & magistratum differentia secundum mores Germanorum §. 103. seq.	y) KRESS c. l. p. 68.
u) KRESS c. d. obs. V. p. 66.	z) ID. c. l. p. 44.
x) dipl. Wenceslai de A. 1398.	a) BURGERMEISTER Cod. dipl. equestr. cont. p. l. p. 291. seq.
	b) STRYK de iurisd. circumsepta c. 3.
	c) KRESS c. d. obs.

quam iurisdictionem in se deriuarunt, mox expresse mox tacito domini territorialis & quandoque cæsaris consensu.

§. XI.

Vnde constabit (1) cur iurisdictione criminalis, si qua nobilibus mediatis aut municipiis competat, mox sit omnimoda, mox uero temperata, & quidem (2) loci, causarum decidendarum, & iudicii habendi intuitu. Alibi enim (a) iudiciis municipalibus præsidet scultetus, aut adsident scabini, principis territorialis nomine *d*), alibi uero & præsidem & assessores urbs nominat; alibi (b) nobilis sententiam a ICTis latam statim, alibi impetrato demum consensu territorialis domini, executioni dare potest; (3) cur iudex criminalis in urbe, pago &c. non semper gaudeat iurisdictione criminali in suburbio *e*) uia regia, agris &c.; (4) cur causæ, quæ alibi ad altam iurisdictionem pertinent, alibi ad bassam referantur.

§. XII.

Iurisdictionis criminalis, quæ

Iurisdictione criminalis quæ olim dicebatur bannum regium, bannum sanguinis, placitum spadæ f), Ungericht g) &c. audit

- V. §. 6. p. 55. seq. & ad c. 56. §. 7. FRESNE
C. C. art. 2. §. 4. glossar. h. u.
d) Id. c. l. p. 63. *g*) KRESS d. de iurisd. omnimoda f. Rîcht
e) Id. c. obf. §. 11. p. 63. und Ungericht in feudum concessa. §. 26.
f) L. Normann. p. 1.

dit hodie Bann, Blut-Bann, Königs-Bann, Cent, Cent-Gericht, Cent-Recht, hohe Cent *b*), Straß, hohe Straß, Fräifliche Obrigkeit, Blut-Halß-Hoch-Ober-Peinliche-Bisdum-Gerichte, Gerichte zu Halß und Hand, Gerichte über Ehre, Gut und Blut, Malefiz-Gerichte, das Beding der Haarscharen *i*), Witzgeding, Peinlichkeit, Probst-Amt *k*), Semner-Amt *l*). *

* In praesulatus inferioris Saxoniae uenit quoque sub *Vogteie* nomine, ut uidemus Quedlinburgi, Helmstadii &c. Ibi enim supersunt Aduocati (§. V, 3.).

§. XIII.

Est (1) uel *omnimoda* uel *limitata*. *Illam* ^{1) uel omnimoda uel limitata est,} dicitur potestas in omnia * omnino crimina ubiuis commissa inquirendi, eorumque auctores puniendi; *haec* uero restricta est uel ad certas *personas* uel ad certa *locam*) uel ad certa *criminum* genera. Sic centena in alieno territorio exercenda consistit in potestate coercendi Mord, Brand, *Nahm* (Diebstahl oder Raub) und Nothzucht *n*), quae dicuntur die 4. Haupt-wrogen, die 4. hohen Bände.

T 5

* Illa

b) ENGELBRECHT
de iurisd. superiori sect.
2. m. I. §. I.

i) Apolog. Colonienf.
p. 403.

k) Ill. BVDER amoen.
I. Feud. p. 68.

l) Mulhâuf. Statuta
I, 20.

m) STRYK d. de iurisd. circumseptia.

n) Mit Anmerk. ver-
sehene Nürnberg. Reform.
To. I. p. 243. LINCK
de centena c. I. §. 6.



• Illa intelligas uelim crimina, quæ poena uel capitali uel corporali ex legum morumue uniuersalium præscripto luenda sunt, HILDEBRAND *irisd. uniu.* c. VI. pos. 7. 10. p. 55. 57., neuiquam uero leuiores, quæ dicuntur excessu, Frevel, liederliche Händel und iniurien, quippe quæ a uogteia domino cognoscuntur puniunturque.

§. XIV.

2) uel solitaria uel simultanea &c.

Diuiditur porro (2) in *solitariam* & *simultaneam*, prout uni aut pluribus in uno eodemque loco competit^o); (3) in die hohe, allgemeine, Fraiß, und Nieders Cent. Quam ultimam alii dicunt immediatam imperii uogteiam, eine unmittelbare Reichs-Vogteiligkeit^p).

§. XV.

dominus, quibus gaudeat, &

Dominus centenæ potest (1) ea omnia, sine quibus inquisitio institui & facinorosus puniri nequit, agere, u. c. den entleibten Körper aufheben, das Fraiß-Pfand holen, Stich und Wunden abmessen^q), criminosos prehendere^r) atque captiuos ducere &c. & quidem (2) irrequisito uogteia domino^{*}; (3) fidelitatem centenæ, nec non (4) ea quæ in recognitionem centenæ præstari moris est, ueluti Cent-Rüge-Haber, Land-Knechts-Büttel oder

o) BOECKELMANN
de centen. th. 42.

p) PRÆBES d. de
iniusta centenæ extens.
th. 4.

q) HILDEBRAND
irisd. uniu. c. VI.

pos. 14.

r) LINCK c. tr. c. 3.
§. 14.

oder Frey-Brod etc. exigere s); (5) fructus iurisdictionis criminalis percipere t). Præterea (6) protectionis, fisci, aliisque gaudet iuribus u).

* Quod tamen secus est, si centena exerceatur in alieno territorio, PRAEBES c. d. § 3., aut in uogteia libera, HILDEBRAND c. l. pos. 15. p. 61. uel in domo non centenica degat capiendus. KNICHEN de superioritate territor. c. 4. nr. 354.

§. XVI.

Num ius molendina & columbaria uisitandi ad centenam, an ad uogteiam pertineat? quotidie disceptatur in Franconia. Videtur mihi ad uogteiam spectare x), nisi eo utendum sit ad detegendum illud criminis, quod uel corporalis uel capitalis pcena manet y).

§. XVII.

Præsertim centenæ falso adscribitur (1) quibus non gaudeat iuribus? superioritas territorialis z), (2) ius reformandi religionem a), (3) potestas peragendi ea, quæ ad uogteiam pertinent u. c. cogno-

s) HILDEBRAND c. l. pos. 10. MULLER de iure facinorosos sequela præfectoria persequendi.	x) LINCK c. d. c. 3. §. 20. seq.
t) GRAMIZER d. de fructibus iurisd. c. 3. §. 1.	y) HILDEBRAND c. l. pos. XI.
u) PVFENDORF de iurisd. german. p. 273. seq. 281. seq.	z) PRAEBES c. d. th. V. seq.
	a) IDEM c. d. th. VIII. seq.

congnoſcendi die Frevel = Händel *b*), conſtituendi ac inſpiciendi pondera & menſuras &c.

§. XVIII.

Iur. Crim.
quibus ſym-
bolis poſſi-
deatur, &

Quis iuriſdictionem criminalem aliqui poſſideat, loquuntur (1) die Sraiß-
Acht = Straf- und Urpbed = Bücher *c*), his enim actus criminales quouis tempore exerciti inſcribuntur hodie, ſicut olim ſigna corporum occiſorum; (2) uaria ſymbola, utpote loca ad torturam apta ſuiſque inſtrumentis inſtructa, ſtatua Rolandi *d*), murus decollationi deputatus, Rabenſtein *e*) * &c. non uero (3) gallina fumofa, quam quis exigere poteſt *f*).

* Quod a defectu ſine ad defectum iuriſdictionis criminalis argumentari non liceat, res per ſe clara eſt.

§. XIX.

quibus modis amittatur?

Iuriſdictionem criminalem *abufu* & *ſeuitia* perdi, certum eſt. De eo autem diſceptant Dd. Num amittatur *non uſu diuturniore*? Equidem cauſam uſus intermiſſi attenderem, ſtatuens, iuriſdictionem

b) Id. c d th. XI.

c) WEHNER *obf. pr.*
h. II

d) *Elem. noſtra Iur. Germ.* I, 172 2 GRYPHIANDER *de Weichb. Sax.* p. 189.

e) ENDTER d. *de ſymbol. poſſ. iuriſd. crim.*

f) HEINECCIUS d. *de orig. iuriſd. patr. §.* 19. *Elem. nr. Iur. Germ.* I, 77.

nem criminalem amisisse eum, qui per tempus lege definitum ea, qua facile tamen uti potuit, non est usus. Quod hic non usus uix præiudicet tertio g), quodque collapsis furcis non amittatur iurisdictio, ut multis adducam, non esse puto.

TIT. II.

DE

IUDICE, SCABINIS ET
ACTUARIO.

§. XX.

Cui iurisdictio criminalis competit qua ^{Iudicium} propria, ille uel ipse * uel per alios ^{criminale} potest b), in utroque tamen casu antiqui- ^{constat} tus debet, *scabinis* præsentibus & adscito *actuario* i), causas criminales cognoscere, cognitasque dirimere. Itaque (1) una persona iudicium criminale conficere nequit; (2) inquisitio a solo iudice peracta, nulla est k).

* Olim reges *Const. Frideric. de A. 1234.* & sec. adhuc XIV. principes tam seculares quam ecclesiastici, suis ipsi præfuerunt iudiciis. *Chron. Limpurg. ad A. 1374.* SCHOTTEL *de ant. in G. iuribus* p. 571.

§. XXI.

g) KRESS d. *de iurisd. omnim.* §. 7.

h) C. C. C. art. 2.

i) C. C. art. I. §. I.

k) C. C. art. 181.

§. 3. BERGER *El. Iur. Crim.* p. II. obs. 195.

§. XXI.

1) ex iudice, qui

Iudex est uir ad iustitiam administrandam publica auctoritate constitutus.

§. XXII.

qualificatus præsertim

Non nisi (a) sinceris, (b) honestis, (c) prudentibus, & (d) rerum criminalium expertis uiris * 1) iudiciale munus (e) præuio iureiurando demandari iubet Carolina Nemesis.

* Eadem fere sententia est *I. P. Suen. & glossatorum*, quorum *illud* sapientiam, fortitudinem, iustitiam atque temperantiam c. 73. p. 125. ed. BERGER, *hi* uero sal sapientiæ & conscientiæ in iudice requirunt.

§. XXIII.

a) sincerus & honestus

Itaque iudex (1) quærat ignoscendi causas non minus atque conuincendi rationes; (2) concedat reo tempus ad innocentiam deducendam necessarium; (3) sit liber ab omnibus animi perturbationibus *m*). Alias eum suspecti iudicis exceptione repellere aut iureiurando perhorrescere *n*), aut, ut ei commissarius adiungatur, a superiore petere potest reus.

§. XXIV.

b) prudens & rerum criminalium expertus atque

Quum quoque prudens, & rerum criminalium

1) C. C. art. 1. §. 1. REINHARTH d. de iud. crimin. 4. uirtutibus.

m) ZIEGLER *dicast.* diff. præl. §. 16.
n) KRESS ad C. C. art. 1. §. 8. nr. 2.

minalium expertus esse debeat iudex (§. XXII, c. d.): consequitur, ut a iudicis munere remoueri debeant (1) *furiosi*, (2) *mente capi*, (3) *impuberes*, (4) *surdi & muti*, (5) *ασωτοι ο*, (6) *mulieres*, (7) quotquot iurium morumque germanicorum sunt imperiti &c.

§. XXV.

Præterea iuratus esse debet (§. XXII, e) iuratus e.). Iurat autem tempore muneris suscipiendi, se in cuiusuis causa criminali nulla animi perturbatione motum, sed prout legibus & moribus prouincialibus, ac, his deficientibus, Nemesi Carolina, proditum est, iudicaturum esse p).

§. XXVI.

SCABINI (§. XX.), qui quandoque 2) scabinis, Urtheiter, Finder audiunt, antiquitus adiuuerunt criminalem iudicem. Pro diuersitate tamen temporum uariarunt eorum *qualitates, constitutio, dignitas & numerus*.

§. XXVII.

Olim non nisi ex (1) nobilium * q), Antiquorum quali-
(2) indigenarum r), (3) proborum, (4) rum quali-
prudentum & iuris peritorum numero tates,
> poterant

o) THOENNIKER q) BRUMMER de
aduocat. prud. in foro Scabin. c. 2. §. 21. seq.
crim. p. 8. seq. c. 7. §. 5. DATT de P.
p) C. C. art. 3. ibique P. p. 741.
interpretes. r) Capit. VI, 269.

poterant eligi s). Vno uel altero horum requisitorum destitutus, ubi electus erat, iterum reiciebatur t).

* Vnde diiudicare potes (1) nomen der Schöppenbarfrenen, (2) regulam: *Non nisi nobilis causas criminales diiudicare potest.* (3) cur subsequenter temporibus, quibus plebei saepe creabantur scabini, alii echte und rechte, alii echte und rechte schildbortige Schöppen fuerint dicti KRESS ad art. 1. §. 7. & BEYER pos. 7. seq.

§. XXVIII.

constitutio

Ab initio a plebe, post a regibus aut eorum missis constituiebantur u), & quidem (1) ubi de munere rite & legitime tuendo * iurauerant x), nec non (2) ut æqualitatem mensuræ ac ponderum custodirent, leges libro consignatas haberent, causas plene cognoscerent, iudicarent *απροσωπόληπτως*, ne essent *δωροφάγοι* &c. satis erant admoniti y). Vnde colligere possumus, quid causæ fuerit, cur (a) geschworne dicerentur, & (b) in fronte librorum iudicialium ultimum Christi iudicium conspicerent.

* Formula

s) BRUMMER cit. c. 7. §. 6. seq. OCKEL *de palat. reg. th.* 82. 140. GRYPHIAN- DER *de Weichb. Sax.* c. 64.
 t) Capit. add. IV, 73 seq.
 u) Capit. LUDOVICI P. add. IV, 73. & III, 33. 74. MEINDERS *de iudic. centen.* p. 63.
 x) OCKEL c. l. th. 83.
 y) BRUMMER c. l. c. VII. §. 9. seq.



* Formula iurisiurandi non semper fuit eadem. Ali-
quas uidere potes ap. MEINDERS c. l. p. 65. &
Gl. I. P. S. III, 54.

§. XXIX.

Scabinalis dignitas (1) personalis * erat, dignitas &
nec tamen (2) ambulatoria 2); (3) ob
corporis aliquod uitium ** uix amitte-
batur.

* Succedente tempore factum est, ut alicubi scabino
mortuo, illius filius natu maximus, &, hoc defi-
ciente, agnatus succederet proximus.

** A mallo tamen arcebat scabinus *leprofus*, itidem
excommunicatus. Gl. *Weichbild*. art. 16. nr. 9.

§. XXX.

Numerus scabinorum mox *senarius a)* numerus.
mox *septenarius b)* mox *oëtonarius c)* mox
duodenarius d) fuit. Solemnior aliis *duo-*
denarius, aliis *septenarius* fuisse uidetur *e)*.

§. XXXI.

De scabinis, qui sunt hodie, notes: ^{Hodierno-}
quod (1) debeant esse uiri probi & indi- ^{rum status.}
genæ; (2) constituentur (a) mediante iu-
reiurando *f)* (b) a iurisdictionis crimi-
nalis domino (c) ad uitæ plerumque dies;
(3) in eorum numero raro sint nobiles *

Engau Ius Crimin. V & iu-

2) Id. c. l. c. VIII. §. 12. d) b. LVDEWIG de
Sueniæ tribunali S. R. I.

a) GOLDAST. To. II. *Austr.* §. 15. Ill BVDE-
rer. alam. p. I. p. 58. RVRS d. de iudiciis *duode-*

b) *Capit. Caroli M.* *cimuir.*

de A. 803. L. Rip. tit. e) MEINDERS p. 63.
32. 68. BRUMMER c. l. c.

c) BALVZIVS *Capit.* VI. §. 3.

To. II. p. 790. seq. f) C. C. C. art. 4.



& iurium periti; (4) plerumque adhibeantur non ad suffragia ferenda, sed ad constituendum iudicium criminale, tempore quo causa cognoscitur aut deciditur *g*); (5) alicubi crimina denunciare teneantur; (6) soleant esse diuersi numeri, prout grauitas actus in iudicio peragendi uariat *b*), & mores prouinciarum differunt. **

* Ab illo enim tempore, quo (1) scabini tanquam sanguinarii homines a præbendis excludebantur, (2) iunior scabinus carnificem agere cogebatur, (3) iura peregrina perplexam reddiderant iurisprudentiam, (4) principes & comites non amplius prædebant &c. iudicii criminalis tædium ceperunt nobiles.

* Quia tot scabinos, quot ad constituendum iudicium criminale requiruntur, quodlibet bannum non continet, alicubi recepti sunt die Roth und Wechfels Schöppen, de quibus uid. LVDOVICI ad C. C. p. 13.

§. XXXII.

3) Actuario.
Illius officium &

Actuarii (§. XX.) est, ea omnia quæ in iudicio dicta ac peracta sunt *consignare*, *consignataque adseruare* *i*), nec ulli prodere *k*). Fieri autem debet consignatio (1) *in contenti* *l*), (2) *accurate*, (3) *plenis* ac (4) *per-spiciuis*

g) C. C. art. 1. 81. 84. 92. 93.

b) C. C. art. 12. 13. 47. 84.

i) C. C. C. art. 189. §. 4.

k) ib. §. 3.

l) Ord. Notar. Maximil. I. de A. 1512. §. 6.

BEYER d. de exped. act.

iud. §. 13. seq.



spicuis uerbis *m*), (5) additis *nominibus iudicis & scabinorum**, coram quibus, nec non (6) significato *tempore*, quo, quod annotatur, dictum uel actum est *n*). Præterea ut actuario (7) *nomen subscribat suum*** *o*), & quandoque scripta reo *prælegat*, necesse est *p*),

* Hi nomina sua tunc demum subscribunt ipsi, ubi actum magni momenti concernit consignatio.

** Non sufficit generalis subscriptio u. c. Hochfürstl. S. Weimar. Amt. Churf. Maynz. Stadt; Gerichte zu Erfurth.

§. XXXIII.

Itaque debet esse (1) uir *bonus*, alias *qualitates*, recusatur. Et si acta falso iam conscripserit, punitur pro grauitate damni dati (lib. I. §. CCCCXLIV.) *q*); (2) iurium criminalium *peritus*, atque (3) ad acta *iuratus* *r*)*. Denique in Saxoniam Electorali fit *Notarius publicus*, necesse est *s*), si iudicium militare *t*) exceperis.

V 2

*Hoc

m) C. C. art. 181. §. 1.

n) C. C. art. 182. §. 2. art. 189. §. 1. LEYSER sp. LXXI.

o) C. C. art. 182. art. 189. §. 2.

p) STRYK d. de pro-
rocollo.

q) BERGER suppl. ad *Elect. Iur. Cr.*, p. 2. obs.

59.

r) C. C. art. 5. ibique KRESS §. 2.

s) KAYSER *pr. crim.* c. II. §. 15.

t) *Mand. Reg. de A.* 1718. d. 12. Apr.



* Hoc iusiurandum statim ab initio muneris præstandum est, nec coepta aliqua inquisitione suppleri potest, nisi reo consentiente. GRANZ *defens. reor.* p. 192. seq.

TIT. III.

DE

IUDICIIS CRIMINALIBVS,
EORVMQVE FORMA ET
DIVERSIS GENE-
RIBVS.

§. XXXIV.

Iudicia cri-
minalia an-
tiqua

Causæ criminales olim (1) Martis potissimum diebus, (2) ab hora *tertia* ad medium usque diem (3) *sub dio*, in altiori quidem, non tamen eodem semper loco cognoscebantur ac decidebantur (4) a comite & scabinis, qui post iudicium scriptum (5) confidebant in scamnis quadrato ordine *u*) circumpositis. Vnde intelligere potes (a) quid causæ sit, cur maiores locum iudicii notauerint aliquo signo, iudicia uocauerint malla & mallobergia *x*), atque statuæ, qua postea locus iudicii denotabatur, tribuerint nomen: *Nugland*, *Noland y*); (b) unde ueniat nomen sedis *z*), sedis scabinalis, *Schöpfenstuhls*, *Ding*

u) MEINDERS *de iudic. centenar.* c. 4. §. 46. p. 91.

x) *Elem. nostra Iur. Germ.* IV, 28.

y) OCKEL *de palat. reg. th.* 17. sq. 39. sq. 146.

z) KVCHENBECKER *anal. Hass. coll.* 2. pag. 295.

Dingstuhls, & (c) quid sibi uelit phrasibus
binnen 4. Bäncken.

§. XXXV.

In iudiciis Saxonice antiquioribus, quæ Saxonice,
dicebantur *comitiæ a)*, *iudicia uehmica, li-*
bera, frigraviatus, Freystühle b), & ad co-
ercenda plerumque religionis crimina
constituta erant *c)*, dabatur locus proces-
sui cum clamore instituendo, atque pro-
bationibus uulgaribus *d)*

§. XXXVI.

AEp. & Ep. Coloniensis, Monasterien-^{Westpha-}
fis, Paderbornensis, Mindensis, ubi singu-^{lica,}
laribus Imp. priuilegiis nacti erant den
Königs-Bann nach Bemerecht, reproba-
runt purgationes uulgares, atque in lo-
cum processus cum clamore olim insti-
tuti surrogarunt nouum, ex accusatorio
& inquisitorio mixtum. Scilicet (a) ubi
accusatus uel ore uel per literas a duo-
bus scabinis perferri solitas *citatus e)*, &
(b) per *procuratorem*, ex scabinorum nu-
mero plerumque electum *f)*, compa-
rens (c) *exceptiones*, quas habebat, *dila-*
torias

V 3

torias

a) DV FRESNE *Gloss.*
h u. ed. Par. nov. p. 830.

b) THOMASIVS *de*
iudic. Westphal. §. 17.

c) MEINDERS c. l.
pag. 70.

d) Idem c. l. p. 101.

e) Idem c. l. §. 21. sq.

p. 128. THOMASIVS d.
de iud. Westph. §. 42.

f) THOMASIVS c.
d. §. 43.

torias g) aut *peremptorias* opposuerat, (d) in confesso iudicii, siue Frigrauii * & scabinorum ** *h)*, ferebatur *sententia*, (e) quæ a uiribus *rei iudicatæ* suspendi poterat: si uero (f) citatus uadimonium deseruerat, Frigrauius eum confessum habebat atque in *bannum* declarabat *i)*.

* Frigrauius & Stuhlherr ab illo tempore fuerunt distincti, quo domini iurisdictionis criminalis suis iudiciis ipsi non præsidebant. THOMASIVS c. d. §. 35. s). MOELLMANN *medit. in singularia quædam iuris Saxonici feudalis & publici capita, antiquitatibus Danicis illustrata* p. 86.

** Debebant esse (1) liberæ & (2) legitimæ natiuitatis, nec (3) banniti.

§. XXXVII.

uetita, horumque

Reliqua iudicii forma secreta erat, & solis scabinis cognita *k)*. Qua de re (1) scabini *sciti l)*, *wissende m)*, (2) iudicia uero occulta, secreta *n)*, uetita, heilige heimliche Achten dicebantur *o)*; (3) a scabinis alii

- g)* DATT *d. P. P. IV.*, sq. MOELLMANN c. l. 3, 49. pag. 87.
h) MEINDERS c. l. c. *m)* MEINDERS c. l. V. §. 20. p. 127. pag. 125.
i) Idem c. l. §. 24. p. 129. seq. *n)* FRESNE *Gloss. h.* v. THOMASIVS c. d. p. 54 p)
k) MVLLER *R. Tags Theatr.* p. II. c. 6. p. 494.
l) DATT *de P. P. IV.*, 7. nr. 12. 24. & c. 20. nr. 2. *o)* *Reform. Colon. c.* XVIII.

alii facilius *p*) ipsi uero ab aliis difficilius accusari, & condemnari poterant, proptereaque (4) *homines* cuiuscunque *conditionis* certatim quærebant dignitatem scabinalem *q*). Qui omnes recipiebantur, ut data occasione iurisdictione in alieno exerceri posset territorio *r*)

§. XXXVIII.

Qua occasione ubi iudices Westphalici sub tutela principum libera sede investitorum ita usi sunt, ut ipsis principibus extraneis ius dicerent *s*), & causas a foris legitimis auocarent *t*): non solum *ordines imperii* de iudiciorum Westphalico-
rum abusibus conquesti *u*), mox priuilegium exemptionis impetrarunt *x*), mox scelus cum aliis iniuerunt *y*), de ui iniusta repellenda; sed & *Imp.* de iis reformandis & corrigendis laborarunt *z*).

V 4

§. XXXIX.

- | | |
|--|--|
| <i>p</i>) THOMASIVS c. d. §. 49. d). H VND Bayer. Stammbuch p. 410. | <i>u</i>) GRYPHIANDER de Weichbild. Saxon. c. 57. MEINDERS c. l. pag. 102. |
| <i>q</i>) Idem c. d. §. 35. x) pag. 58. | <i>x</i>) Idem c. l. c. 60. |
| <i>r</i>) KVCHENBECKER c. l. collect. 7. p. 120. seq. | <i>y</i>) HERT d. de consult. leg. & iud. §. 20. |
| <i>s</i>) MOELLMANN c. l. pag. 192. | <i>z</i>) STRVV hist. iur. c. IX. §. 20. FREHERVS de secret. iudic. pag. 29. seq. |
| <i>t</i>) MEINDERS c. l. pag. 107. | |

§. XXXIX.

hodierna.

Hodie (1) causæ criminales quouis die & quavis hora, ubi (2) iudex, scabini & actuarius confederunt, wenn die Banck besetzt worden (§. XX.), cognosci queunt, nec (3) ut iudicium muniatur necesse est, si exceperis das Noth=it. das Hoch=Noth=Peinliche Hals=Gericht.

§. XL.

Iudicia denuntiatoria antiqua &

In iudiciis denuntiatoriis Rüge & Gerichten, quæ suis solemnitatibus inchoabantur & finiebantur *a*), ad unum omnes mallenses comparere, & delicta in banno perpetrata, nec iudici iam cognita *b*), sub iurisiurandi fide reuelare tenebantur *c*).

§. XLI.

hodierna.

Quæ hodie uigent, & alibi annis alibi trienniis habentur singulis, sunt quidem solemnia, ast solam correctionem & emendationem morum intendunt *d*). Vnde (1) quibusdam dicuntur iudicia censoria *e*) *, & (2) conuenire uidentur iudiciis illis, quæ maiores uocarunt Drey

a) MYLII d. de iudic. denunt. Sax. c. 3. §. 16. 25. 28. *L. O. p. II. c. I. tit. 7. Bad. L. O. p. II. tit. 16. & p. IX. pag. 342. sq.*
b) Id. c. d. §. 19. p. 44. *Würtenb. L. O. de A. 1567. fol. 232. seq.*
c) HERTIVS c. d. §. 28. *e*) HERBORT. d. de iudiciis censoriis.
d) S. S. Goth. L. Ord. p. III. adp. nr. 7. Altenb.

Dreyd ng f). Notes etiam uelim iudicis censorii esse (a) aduocatos reuocare g), (b) nullas sportulas exigere h), (c) attendere den Rüge-Zettul, atque (d) grauiora crimina, si quæ denuntiata fuerint, criminali iudici significare.

* Dicuntur etiam Quatember-Gerichte, Jahr-Gerichte, Ehegeding.

§. XLII.

His conuenit das Hagedorn-Gerichte, Das Hagedorn-Gerichte, quod Delbrugiae exercetur. In quo illud singulare est, quod accusatus soleat cultrum suum in terram agere, & ubi nocens est, dicere: *Es steke mien Messer up Gnade!* si innocens, his uerbis uti: *Es steke mien Messer up Recht!*

§. XLIII.

Tria illa iudicia Norimbergensia, das Rüge-Gericht, das Fünfer-oder Hader-Gericht, das Inzicht-Gericht ita a se inuicem differunt, ut in isto simultates, si quæ inter opifices ortæ; in illo transgressiones legum uestiariarum, iniuriæ, die Peüderlinge, Blutrünsten, braun und blau k), & denique in hoc causæ criminales l) cognoscantur dirimanturque.

V 5

TIT.

- f) V. Drendings Ord. k) Lindens d. de iudiciis reip. Norib. c. V. §. 7. seq.
 g) MYLIVS c. d. §. 21. p. 45. l) IDEM c. d. c. VIII. §. 9. seq. Comment. Ref. Nor. p. I. p. 334.
 h) Id. c. d. §. 27. p. 53.
 i) IO. GVIL. HOFFMANN Spec. Iurispr. Symb. uet. Germ. §. 28.

TIT. IV.

DE

FORO COMPETENTE.

§. XLIV.

Forum
commune
triplex est.

Reus sortitur forum uel ex *communi* uel ex *singulari* iure. Ex iure communi (1) ubi *domicilium* habet suum, (2) ubi *delictum* uel inchoauit uel consummauit *m*). Quo autem modo locus delicti, si in confinio cadauer iaceat, inuestigari possit? acriter disceptant Dd. (3) ubi *deprebenditur*, ac carceri includitur. Quod forum cur ad uagabundos restringas, certe non est.

§. XLV.

Priuilegiato
gaudent (1)
ciues aca-
demici

Priuilegiato foro gaudent (1) *ciues academici*, quorum causæ criminales in iudicio academico * discutiuntur, si uel maxime (a) nomen suum nondum professi sint, (b) Bacho tantum & Veneri litent, (c) non nisi corpus exercent, aut (d) *domicilium* in ea urbe, qua floret Academia, sibi constituerint *n*). Gaudent eo una cum famulis, si exceperis *Academiam Francofurtensem o*).

* Nou

m) LEIPOLD *de concurrentia iurisdictionis modernæ* q. 13.

d. de foro studiosi delinq. c. I. nr. 57. seq.

o) Id. c. 2. nr. 78.

n) SCHOEFFERI



• Non omnium academiarum potestas cognoscendi crimina eadem est. Lipsiensi enim, Helmstadiensi &c. omnimoda iurisdictio competit, limitata uero Ienensi, quæ reum quæstori tradit, so bald etwas peinliches erkannt worden. LANSIUS *tr. de Acad.* p. 50, RICHTER ad Auth. Habita, disp. VI. p. 137.

§. XLVI.

Dein priuilegiato foro gaudent (2) *clerici* (2) *clerici rici*. Hi enim rei cuiuscunque criminis, communis proprii, in consistorio accusantur *p*); (3) *nobiles mediati q*), eo- (3) *nobiles rumque uxores & liberi* *, præsertim ubi *mediati* non sunt Amtsalii; (4) *militēs*, etiam uo- (4) *militēs* luntarii, non tamen ueterani, in delictis tam militaribus (Lib. I. §. DL. seq.) quam communibus *r*), post nomen militiæ datum, commissis. Quæ uero perpetrarunt antea, ab ordinario iudice, adstante tamen officiali, cognita puniuntur *s*).

* Hi banno patris uel mariti se subicere nequeunt. KRESS c. obs. §. 9. LYNCKER *consil.* 47. LVDOLPH *de iure feminar. illustr.* p. 36.

§. XLVII.

(5) *Principes imperii* si qui criminis (5) *prin-* perduellionis rei facti, non nisi comitali *cipes* statu

p) HILLIGERI d. de foro clericis delinquentis.

q) KRESS d. de uariis iur. crim. in germania generibus obs. V §. 8. p. 58.

r) R. I. de A. 1641.

BEHAIME *mil. delinq.* obs. 74.

s) ID. obs. 75.

statuum imperii consensu puniri queunt. (6) nobiles immediati *t*). Quod attinet (6) ad *nobiles immediatos*, criminum in territorio cuiusdam Germanici principis ab iis commissorum cognitionem ita sibi tribuit imperator *u*), ut unicum casum, si qui alterius principis ministri circa officium deliquerint *x*), velit excipi.

§. XLVIII.

Sic quoque non communi sed mittentis foro subsunt (7) *legati* principum in imperii comitiis. In horum uero famulos & famulas iurisdictionem criminalem sibi tribuit Mareschallus hereditarius *y*), ciuitatibus imperialibus quidem consentienti-

t) Const. de modo declarandi statum imperii in bannum de A. 1711. Ill. Com. de W V R M - BRAND de foro principum imperii.

u) LONDORP act. publ. To. I. c. 5. p. 33. BÜRGERMEISTER cod. dipl. p. 723. sq. 749.

x) LEYSER sp. LXXX. m. II.

y) Beweis, daß dem Reichs-Marschall's Amt Kraft der Reichs-Afterbelehrung, an Reichs-

Wahl- und Erönnungs-Tagen über der Reichs-Stände und deren Gesandtschaften Bediente und Domestiquen, in Ciuil- und Criminal-Sachen die Iurisdiction zustehet. FABER St. C. To. LIV. pag. 630. KRAVSI d. de iurisdictione in legatos statuum eorumque comites S. R. I. Mareschallo & hinc Vice-Mareschallo in comitiis competente. §. 19. sq. 29. sq.

tientibus z), reliquis tamen imperii statibus contradicentibus a).

§. XLIX.

(8) Ad iudicium Camerae imperialis (8) Camerales pertinentes ubi deliquerunt, a magistratu oppidano deprehensi Camerae hoc uolenti exhiberi debent. Sola enim Camera istorum crimina iudicat, & magistratus requisitus demum sententiam dat executioni b).

§. L.

Denique quod ad forum priuilegiati (9) confiliarii sunt (9) confiliarii, reliquique ministri principis c), quorum delicta cognoscit & punit princeps, cui seruiunt, dummodo non sint titulares atque in alieno degant territorio. Itaque (a) qui circa officium deliquit, licet in ditione alterius principis habitet, tamen forum sortitur sub eo principe, cui seruit d); (b) duorum pluriumque principum minister communis, ubi deliquit, ad commune forum prouocare potest e).

§. LI.

- z) LONDORP act. publ. b) LVDOLFF obs. for.
To. I. p. I. c. 50. FABER 35. 128.
St. C. To. LV. p. 489. c) LEYSER sp. LXXX.
a) CARMON de iurisdictione in legatos, eorumque comites §. 50. m. 4.
seq. KRESS c. d. obs. VI. d) Id. c. sp. m. 6.
e) Id. c. sp. m. 9.

§. LI.

Quando
ipfi princi-
pi compe-
tat cog-
nitio?

Illud quoque notandum erit, quod perduellionis & alia cum læsa maiestate coniuncta *f*) crimina neque in communi (§. XLIV.), neque in priuilegiato quodam foro (§. XLV. seq.) cognosci queant, sed discutienda sint ab ipso *principe* cuiusque territorii. Cæsar, licet hodie nulla iurisdictio competat ei in territoriis principum imperii (§. VI, 1.) *g*), tamen quandoque tentauit falsæ monetæ crimen cognoscere *b*).

§. LII.

Concurfus
fori com-
munis &
priuilegiati,

Cæterum notandum erit (1) quod non solum ipfi priuilegiati sed & ipsorum familia, ubi ad commune forum citantur, opponere possint exceptionem fori declinatoriam, semper attendendam, si (a) deliquerunt in territorio illius, qui concessit priuilegium *i*), atque (b) in loco eiusdem territorii specialiter non exempto deprehenduntur.

§. LIII.

f) LYNCKER *decif.* 795. LVDOVICI ad C. C. p. 45. nr. 42. seq. PVFENDORF de *iurisd. germ.* p. 123. sq.
g) HERT. d. de *super. territ.* §. 71. Opusc. Vol.

I. To. II. p. 235.

b) LONDORP *Act. publ.* To. IX. p. 58. XV. pag. 206.

i) KNIPSCHILD. de *priuil. nobil.* III, 23.

§. LIII.

Quando forum delicti collidit cum foro domicili
foro domicili uel deprehensionis, uic
dendum, num omnia uni an diuersis pa
reant principibus. Illo casu forum deli
cti præferendum reliquis, hoc uero, cum foro
& depre
hensionis.
omnium competentia eadem est, & sic
datur locus præuentioni, quæ contrahi
tur citatione reali, non autem uerbali, nisi
citatus in citantis territorio possideat im
mobilia.

TIT. V.

DE

PROCESSV ACCVSATORIO.

§. LIV.

Duplici modo in causis criminalibus
proceditur uel per *accusationem* uel
per *inquisitionem*. Denuntiatio enim uiam
tantum sternit ad inquisitionem.

§. LV.

Forma processus accusatorii hæc est: Forma pro
I. Si quis neque ciuilitè neque moraliter cessus accu
impeditorum *libellum accusatorium* iudici fatorii
competenti (§. XLIV. seq.) obtulit, II. de
lite prosequenda, & quandoque de sum
tibus litis damnis & iniuriis *cauit*, III.
commissi criminis *indicia* attulit legitima:
IV. iudex iubet accusatum *carcerem* in
gredi, & postea *litem contestari*, additis
exce-



exceptionibus criminis ueritatem elidentibus. V. Lite negatiue contestata, accusator intentionem suam *probare* debet, accusato reprobatione salua. VI. Probatione & reprobatione finita, de utriusque fide & conclusione *disputant* litigantes, expectaturi VII. *sententiam*.

§. LVI.

Accusator
habilis,

Ab accusando plane repelluntur qui rem uel plane non uel non satis intelligunt. Illi uero, (a) qui accusato *terrori* esse queunt, uel (b) *pietatem* accusando lædunt, itidem (c) *femine, milites, clerici* tunc demum admittuntur, ubi iniuriam sibi aut suis illatam uindicare *k*), uel læsæ maiestatis aliusue sat atrocioris criminis reum accusare uolunt *l*).

§. LVII.

Ex pluribus ad accusandum concurrentibus iudex illum eligit, (1) qui *dignitate* præcellit, aut (2) cuius maxime *interesse* * uidetur *m*), aut (3) quem *ætas, mores* uel *iusta causa* alia commendant præ reliquis *n*).

* Ve.

k) PASSERINI *regul. tribun. q. 4. a. 4. nr. 36.* *m*) IAC. de BELLO-VISV *pr. crim. lib. II. cap. 6.*
l) CARPZOV *pr. crim. q. 104. nr. 23. seq. FROELICH p. I. p. 329.* *n*) CARPZOV *c. I. nr. 47. seq.*

* Vetustæ LL. Goslarienses in uindicanda nece accusatores concurrentes hoc admittunt ordine, (a) de neyste swertmag, (b) dat echte Wyf, (c) de andere Mage, (d) de hoffhere, (e) de Wert, da de tode inne gewohnt. *Script. rer. Brunsv. Tom. III. p. 498.*

§. LVIII.

Nemo, ne quidem læsus, alterum accu- qui lubens
sare olim coactus est o) *. Et adhuc ho- obtulit
die liberæ uoluntatis est accusatio p), ubi
eam non iubet (a) statutum speciale q),
uel (b) muneris ratio r).

* Qui uiri sibi proxime agnati cædem non uindica-
uit, eum hereditate priuatum aut alia pœna un-
quam adfectum esse, me legere neque memini,
HERT *de herede occisi uindice* sect. 3., neque ab
HOFFMANNO *spec. Jurispr. symb. uet. germ. §.*
29. aliisque probatum uideo.

§. LIX.

Libellus accusatorius continere debet s) libellum
(1) nomen accusatoris *, accusati & iudi- accusato-
cis coram quo fit accusatio, (2) speciem rium,
delicti ** ab accusato committi t), (3)
temporis ***, loci u) & alias circumstan-
tias, quæ scitu necessariæ x). Illud præ-
Engau Ius Crimin. X terea

- | | |
|----------------------------|---------------------------------|
| o) I. P. S. II, 60. | s) FROELICH p. I. |
| HERTIUS lib. I. pa- | p. 334. seq. |
| rem. 103. | r) C. C. art. II. §. I. |
| p) art. 214. | u) FAVSTASTROM- |
| q) KRESS ad C. C. | BERG tr. de crimin. c. |
| c. a. not. I. | 19. p. 264. |
| r) STRVV <i>obs. crim.</i> | x) OLDEKOP <i>obs.</i> |
| II, 2. | <i>crimin. tit. 2. obs. 18.</i> |

terea in hoc libello singulare est, (4) quod *articulatim* possit concipi, atque (5) illius *petitum* generatim & alternatiue formari, immo penitus omitti.

* Quo dissimulato uel ficto, accusatio in famosum libellum degenerare quibusdam uidetur. Sed perperam. Quam enim tectum auctoris nomen hodie non amplius sit requisitum libelli famosi (lib. I. §. CCCI. *), nescio rationem, qua possit ex accusatorio libello famosum efficere.

** Qualitatem doli cautus accusator non adiiciat. OLDEKOP tit. II. *obs. crim.* 37.

*** Dies tunc demum speciatim adiici debet, ubi eum exprimi res iubet ipsa, uel reus petit se defensurus, FAVST A STROMBERG c. tr. p. 266.

§. LX.

Qui, præter libellum accusatorium, indiciorum delicti & delinquentis indicem eo, quem factum requirit, ordine articulateque conceptum obtulit, accusatus ut carceri includatur, petere potest y).

§. LXI.

cauere debet.

E contrario qui uel nulla uel non legitima attulit indicia criminis, de cuius corpore nec aliunde constat z), de sumptibus litis, damnis & iniuriis *cauere*, & si hoc nequeat, una cum accusato *carcerem ingredi* tene-

y) C. C. art. II. §. I. q. 106. nr. 19. sqq.
CARPZOV *pr. crim.* z) C. C. art. 15.

tur *a*). Personæ illustres & ecclesiasticæ, itidem ciuitates, custodiæ mancipare possunt *obsidem*, eum tamen, qui accusato par est dignitate & conditione *b*). Hic, ubi satis dedit, a carcere liberatur *c*).

* Etiam de accusatione prosequenda cauere debet accusator I. P. S. II, 9. C. C. art. 15, §. 1. ab inscriptionis uinculo omnino liber.

§. LXII.

Accusatus * iudicium differt opponendo exceptiones (1) *iudicis* incompetentis ^{Accusatus excipit &} (§. LII, 1.), (2) *inhabilis* (§. XXII. seq.) uel (3) *suspecti* (§. XXIII.); (4) *præuentionis* (§. LIII.); (5) *accusatoris* inhabilis (§. LVI.); (6) *libelli* inepti (§. LIX.); (7) *cautionis* nondum præstitæ (§. LXI.); (8) *loci* non tati *d*) &c.

* Si quæ indicia commissi criminis legitima contra eum pugnant, non uero solius accusatoris periculo, includitur carceri C. C. art. 11. §. 2. STRYK d. de eo quod fit periculo petentis, atque non habens, unde se alat, ab accusatore uoluntario alendus est. COLER *proc. exec.* p. I. c. 2. nr. 89.

§. LXIII.

Responsio sit pertinens, clara & ad *sin-* ^{litem con-} *gula* accusationis capita tendens. ^{testatur.} Quam *secunda uice* & quidem sub pœna con-

X 2

fessi

a) C. C. art. 12. §. 1. *c*) c. a. 14. §. 4.
14. §. 1. 181. §. 4. *d*) OLDEKOP *tit.* 3.
b) C. C. art. 14. §. 3. *obs.* 28.

fessi & conuicti iniunctam ubi recusat accusatus, *confessus & conuictus* esse fingitur *e*). Exceptiones peremptoriae possunt, neutiquam tamen sub poena praclusi debent, L. C. subiici.

§. LXIV.

Accusator
repleat.

Accusator debet a reo negata probare, oppositas exceptiones elidere, atque toties, quoties opus est, in iudicio comparere. Hinc penes illum non est durante processu alio se conferre. Si uero, quin peregre absit, nequeat, debet (a) designare locum, quo mittenda accusati scripta iudicisque decreta, & (b) facere sumtus in transmissionem necessarios *f*).

§. LXV.

Accusationis
effectus.

Reliquas partes huius processus, quum uel inquisitorio uel civili processui respondeant, tacitus iam praetereo, haec annotans: (1) quod accusando nemo perdat *famam* suam *g*); (2) quod accusator simul *testis* esse nequeat *b*); (3) quod liceat accusatori, quem deficit probatio criminis, ad *praesumptiones* regredi, iisque probatis facere, ut accusatus crimen negans *torturae* subiiciatur *i*); (4) quod accusa-

e) CARPZOV c. I. q. 106. n. 74. *b*) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 50. n. 22.

f) C. C. art. 17.

i) CARPZOV c. I. q.

g) CARPZOV c. I. q. 106. n. 26.
104. n. 11.

cusatus durante processu neque *recriminare* k), neque ad *dignitates* adspirare possit, sed (5) ab officio, quod adhuc obiicit, *suspendatur*; (6) quod simpliciter absolutus accusatorem *de iniuriis damnis & expensis conuenire* possit, tam in huius foro ordinario, quam coram criminalis quaestionis iudice l).

§. LXVI.

Accusatori semper, accusato uero tunc ^{Procurator} demum, ubi (a) causas absentiae suae lau- ^{in causis} daturus m), aut (b) exceptiones declina- ^{criminali-} torias uel dilatorias oppositurus, aut (c) ^{bus.} merita illius causae, quam pecuniaria tantum poena manet, tractaturus, aut (d) super nullitate processus in summis imperii tribunalibus conquesturus est, per *procuratorem* comparere licet n).

* Et accusatori & accusato aduocatum, einen *Fürsprecher*, adhibere, neutri uero per procuratorem comparere antiquitus licuit. I. P. S. I, 60. Vnde cautio de se sistendo solebat exigi. Ill. BOEHMER *de potestate procuratoris in causis criminalibus* §. 27. 30. In iudiciis uero Westphalicis, quibus pleraque in scriptis peragebantur, procuratores sunt ad-

X 3

k) WVLCOVII d. m) ARVMAEVS lib^o
de *antecategoriis*. Ill. i. *decif.* 7.
HEIMBURG d. de an- n) CARPZOV *pr.*
ticategoria. *crim.* q. 105. Ill. BOEH-
MER d. de *procur. in*
l) C. C. art. 12. §. 3. *caus. crim.*
art. 13. §. 2.



admissi. DATT de P. P. IV, 5. Westphäl.
G. O. ap. HAHN collect. monum. uet. p. 598.
seq.

§. LXVII.

Vfus P. A.
hodiernus

Accusatio, quia accusatori non unum
& alterum, sed uaria fert incommoda o),
hodie fere ignoratur. Illud tantum in
quibusdam prouinciis seruator usu, quod
iudex publicum accusatorem, qui tot in-
commodis, quot accusator uoluntarius,
non adfcitur (§. LXI. seq.), soleat, immo,
si reus gaudeat priuilegio de inquisitorie
contra eum non procedendo, debeat
constituere.

§. LXVIII.

in Saxoniam,

I. Sax. debet (1) accusator *guarandam**
præstare p), & (2) omnis processus *uiua*
uoce institui von Mund aus in die Feder q).
Guaranda præstita non impedit, quo mi-
nus accusator noua ac plura adducat in-
dicia, quum sic non mutet libellum r).

* Quæ hodie in foris Elect. Sax. præstanda non est.
O. P. R. ad tit. 12.

§. LXIX.

Ducat.
Wurtem-
bergico, &

In Ducatu *Wurtembergico* diuiditur in
criminales κατ' ἐξοχην & processum *su-*
per

o) FROELICH com- D. IO. CRELL. de iure
ment. über P. S. G. O. man. c. I. §. 10.
p. I. p. 328. q) Const. El. I. p. I.
p) Weichbild. art. 114. r) CARPZOV c. I. q.
COLER p. I. dec. 109. 106. n. 64. seq.

per factu. Ille ubi instituitur, (1) reus citatur per campanam criminalem trina uice pulsatum; (2) iudex stricto gladio praesidet, & scabini cincto ense adsident (3) iudicio criminali, (4) reum audituri atque condemnaturi. Hoc instituto, nulla pulsatur campana, absunt gladii, & nulla res nulla persona in eo occurrens criminalis audit. Huic locus est, quando dubium, an poenae corporali locus esse queat? propterea, quod causae adsint delictum & delictum imminuentes.

§. LXX.

In plerisque locis *Bremensibus & West-Bremensi.* publicis processus ex inquisitorio mixtus seruatur usu. Scilicet iudex, ubi delicti corpus & auctorem inuestigauit, huncque carceri inclusum summariter examinatus est, aduocatum fisci constituit accusatorem. Huius est libelli loco articulos exhibere, atque, ad hos responsione ab accusato negatiue facta, onus probandi suscipere s).

X 4

TIT.

s) PVFENDORF *Luneb. c. 2. §. 8.*
introd. in proc. crim.



TIT. VI.

DE

PROCESSV INQUISITORIO

& speciatim

DE

CORPORE DELICTI INVE-
STIGANDO.

§. LXXI.

Processus
inquisitorii
natales &

Olim ualebat regula: *Wo kein Kläger, da kein Richter* *z*). Processus inquisitorius, quem a clericis receptum usque feruari noluerunt Henricus III. IV. *u*) aliique *x*), contra adhiberi uoluit Lotharius, ut ecclesie eo facilius & celerius recuperarent res furto amissas *y*), subsequenter temporibus est mox probatus mox reprobatus *z*), mox in paucis mox in omnibus atrocioribus criminibus admissus *a*).

§. LXXII.

forma.

Ordo solemnus, quem iudex inquisitorius seruare debet, hic est: (1) Quamprimum ei innotescit delictum aliquod (lib. I. §. XIV.), idque, quod uel capitali uel

z) Capitul. VII, 359. orig. proc. inq. §. 54.

u) LVNIG *spicil. eccl. clif.* II, 272. 278.

z) I. P. S. I, 62.

x) *Apol. Coloz. Elect.* pag. 31.

a) KRESS ad C. C.

y) THOMASII d. de

art. 6. §. 5. 6. III. BOEHMER I. E. P. V, 1, 86.

§. LXXV.

illius cor-
pus inuesti-
gare debet.

*Præsumptionibus
scilicet*

Inuestigatio corporis delicti, quam fundamentum totius inquisitionis habeo *d)*, fit uel *ad sensum* * uel *ad intellectum* prout aliquod aut nullum uestigium delicti commissi superest *e)*.

* Non magni æstimo distinctionem illam magisterialem, qua delicta uel *facti permanentis* uel *facti transeuntis* dicuntur esse. HEIL iud. & defens. in proc. inquis. c. I. §. 3. HAHN d. de corp. del. §. 62. Eiusdem nominis enim delictum mox ad sensum mox ad intellectum potest inuestigari.

§. LXXVI.

Quomodo
ad sensum
inuestige-
tur corpus

Corporis delicti ad sensum inuestigatio debet (1) quam celerrime *f)* (2) a iudice * loci, quo res uel persona est delictum commissum significatura *g)*, (3) presente actuario, & (4) sumtibus publicis fieri. Si iudex rem ipse non intelligat, aut intelligere non uideatur legibus, (5) *peritos in arte* ** eosque iuratos, atque (6) si præter ueritatem delicti, & qualitas, hoc capitale reddens, inuestiganda, *scabinos* adsciscere debet.

* Etiam civili, quoties *delictum* tantum, non *illius qualitas*, criminalem pœnam ferens, inuestigatur.

** Qui

d) OLDEKOP tit. 2. Process c. I. §. 12. seq. *obs crim.* 8.

f) HEIL c. I. §. 5.

e) LUDOVICI Ein- *g)* LEYSER *spec.*
leitung zum peinlichen LXXIV. m. 9.

** Qui ubi inter se dissentiunt, iudex sententiam mitiorem sequitur, si dissensus tolli nequeat.

§. LXXVII.

De corpore FURTIVITATIS constat, statim at-furti, que paret, res eo in loco, quo breui ante tempore fuerunt, citra causam & factum domini non amplius adesse. *Qualitatem furti* significant fracta ostia, adpositæ scæ, uulnera furtum passi, *magnitudinem* uero, rerum ablatarum designatio & æstimationis. Vtraque specificè b) a iuratis i), & illa quidem ab ipso læso, hæc uero, prout res furto surreptæ extant, aut non extant, uel a peritis in arte uel a læso fieri debet, addita ratione, cur tanti æstimentur. Vnde corpus furti magni dubium est, quando (i) de rei ablatae æstimatione læsus, quod nolit uel ob mortem aliamue causam nequeat, iurato non deponit, aut ita quidem deponit, sed dubius, dum quod ad pondus, mensuram, numerum & bonitatem rerum ablatarum uariat aut æstimationis suæ nullam rationem reddit; itidem (b) quando taxatores de rei ablatae pretio non conueniunt, aut conueniunt quidem, sed sunt iniurati, suspecti, ratione æstimationis destituti &c.

§. LXXVIII.

b) MYLIUS ad BEYER q. 78. nr. 55. 64. BER-
RUM p. 318. pos. 49. FER *El. jurispr. cr. c.*
i) CARPZOV *pr. cr.* 2. m. I. §. 8.



§. LXXVIII.

delictorum
carnis, spe-
ciatim

Corpus DELICTORVM CARNIS non-
nisi ex utriusque partis confessione de
immissio semine plerique colligunt Dd. k).
Non autem est, cur (1) testis uiuus & alia
argumenta, ipsa confessione sæpe fortio-
ra, negligantur, atque (2) delinquens
confessus & conuictus dimittatur, ubi al-
terius confessio uel natura uel facto ho-
minis haberi nequit l). Hinc ICTI lenenses
& Halenses de corpore delictorum carnis
constare putant, ubi adest unius confessio
certis & indubitatis indiciis stipata.

§. LXXIX.

stupri,

Corpus STVPRI iudex quandoque in-
uestigat per peritas ac iuratas obstetrices
m), quarum est uidere: fracta sit uulua, nec
ne? Corpus stupri uiolenti quæsiturus, de-
bet legere signa tam uiolentiæ in stupratae,
quam resistentiæ in stupratoris, corpore.

§. LXXX.

homicidii,

Corpus HOMICIDII alii ex tempore,
per quod adhuc uixit, alii ex copia san-
guinis quam profudit, alii ex regimine
quod seruauit, & medicamentis quibus
usus est, uulneratus, colligere uolunt.
Sed perperam agunt, hæc ad instar regu-
læ

k) BAVER de uerita- pag. 245.

ze criminis perpetrati,
corpus delicti uocari soli-
ta, in adulterio.

m) MOELLER ad
Const. Sax. IV, 31.
GRANZ def. inq. p. II.

l) FROELICH p. II. pag. 69.

læ uniuerſalis ponentes *n*). Etenim ſine ſeſtione cadaueris illud: num ex uulnere perierit læſus? diiudicari nequit *o*). Vnde Carolus V., qui ſolemne ſeſtionem præcepit *p*), ſequuntur omnium fere prouinciarum leges. Scilicet iudex criminalis* debet, quam primum fieri poteſt (§. LXXVI.) *q*), ſcabinis (§. eod. 6.)** & actuario præſentibus cadauer *leuare****, & leuati membrum**** uulneratum per unum pluresue chirurgos (§. eod. 5.) † ad hunc actum legitime requiſitos *r*), ac iureiurando †† obſtriſtos, accurate ††† ſecare. Secantes ad acta (1) ſtatim referunt (a) uulnera quæ deprehendunt, (b) adiecta eorum *forma*, *quantitate* & *qualitate*; (c) notant punctum an uero caſum, & (d) quibus probabiliter *armis* ea illata fuerint *s*); (2) poſt paucos dies exhibent *uiſum repertum t*), quod Italis dicitur, addita regulariter, quæ claris certisque rationibus munitur *u*), epicriſi; num ex uul-

n) KLEIN d. de diebus criticis c. 2. 3. HOFFMANN d. de læſion. extern. obſ. 5. 7. *o*) GERICKE de neceſſaria uulneris inſpectio- ne poſt homicidium. *p*) C. C. art. 149. *q*) FELTMANN tr. de cadau. inſpic. c. 3. §. 7. ſeq. BARTH hodeg. for. c. V. §. 6. *r*) ALBERTI Iurispr. Med. c. XVII. §. 15. *s*) ID. c. I. §. II. *t*) FELTMANN c. I. c. 3. §. I. & c. 54. HERT d. de inſpect. ocul. §. 16. *u*) HOFFMANN c. d. obſ. 8. ſeq.

uulnere mors secuta nec ne? Si uero de letalitate uulneris inter se dissentiant, utriusque rationes separatim expositæ ad extraneos mittuntur medicos (§. LXXVI. **) x).

* Index illius scilicet loci, ubi cadaver iacet (§. LXXVI, 2.), siue idem de eade cogniturus sit siue alius. Dissentire quodammodo uidetur FELTMANN *de cadau. insp.* c. 4. atq. praxis, immo ratio docet, remissioni nullum locum dari.

** In terris quibus hi deficiunt, eorum loco uel alie iudiciales personæ *Ord. prou. Goth.* p. III. c. 2. §. II. uel præfectorum subofficiales adhibentur. *Rescr. Brunsv. Luneb.* d. 29. Ian. 1727. apud PFENDORFIVM *introd. in proc. crim.* c. VII. §. II.

*** Si iam sepultum fuerit, iterum effodiendum est FELTMANN c. I. c. 61.

**** Quoad usque uiguit das Noth-Gericht, cadauer in iudicium deportandum erat. MEINDERS *de iudic. centen.* c. VI. §. 23. p. 161.

† Hodie primario adhibentur medici academico gradu ornati, HERTII d. *de oculo insp.* §. 28. 30. Sint religionis uel nationis, cuius uelint, FELTMANN c. I. c. 45. dummodo honesti id. c. I. c. 47. Iudex arcessere nequit empiricos & chymicos id. c. I. c. 46. aut tonsores, qui uulnera non intelligunt. id. c. I. c. 48. Denique chirurgi, de quorum constat peritia, secundario tantum adhibentur, nisi nulla medici haberi queat copia CONRADI d. *de inspectione cadaueris occisi, a solis medicis peracta, uitiosa.*

†† Iurisiurandi formulam uide app. nr. 2. A iureiurando præstando immunes sunt (1) *Physici,*

x) FELTMANN c. I. c. 43. §. 4. seq.

fici tam urbici quam prouinciales, qui tempore suscepti muneris illud praestiterunt iusiurandum, cuius uis ad omnes & singulos actus sese extendit KRESS ad C. C. art. 149. nr. 3. FELTMANN c. l. c. 50 LVDOVICI Peinl. Proc. c. 1. §. 15. (2) Medicorum illi, qui *doctores* creati iurarunt de fide & diligentia in omnibus omnino sectionum actibus adhibenda. STRYK *de iur. sens. diff.* I. c. 2. nr. 32. *Conf. Hal.* To. I. lib. I. conf. 9. n. 8.

†† Non est stylus immittendus, BOHN *de renunt. uulner.* p. II. VALENTINI *medicolegal.* p. II. sect. I. §. 5. 7. sed pars uulnerata dissecanda, WELSCH *de ration. uuln. letal. iudic.* c. 15.

§. LXXXI.

Itaque corpus homicidii impugnaturo dantur (1) *sectionis cadaueris* uel plane non* uel non solemmniter (§. pr.)** uel imprudenter (§. pr. ††) factæ y), (2) *uisi reperti* nullam ueritatis speciem habentis, (3) *diuersi medicorum* de letalitate iudicii, aliaque exceptiones.

* In casu, quo uulnus statim mors secuta est, inter alios a nobis dissentit WERNHER d. *de cerebr. cert. corp. del.* §. 35. seq. Equidem sectionis actum tunc demum superhaberi posse putarem, si quem telo letifero percussum confossumue animam efflasse externe constat cuilibet, ut si gula laqueo fracta cultroue abscissa. PLAZ d. *An in homicidio sectio & inspectio cadaueris necessaria sit?* §. 42. seq.

** In

y) CONRADI d. *occisi a solis medicis per de inspectione cadaueris acta uitiosa.*



* In iudicio militari solemnitas minor est, dum scabini non requiruntur MYLIVS ad BEYER p. 285. pos. 33. Sic quoque Norimbergæ iudice & scabinis absentibus DANNREUTHER *Nem. Nor.* p. 56. seq. & quibusdam locis aliis solo actuario præsentate, GRASS *collat. I. Ciu. Rom.* p. 927. legitima a chirurgis fieri potest sectio.

§. LXXXII.

infanticidii?

De corpore *infanticidii* certus est, cui de eo, quod partus uixerit, & sine causa naturali perierit, nullum superest dubium. Ut uero omne dubium cesset, debent Medici & Chirurghi, quos iudex hic eodem modo quo in homicidio (§.LXXX.) adhibet, (1) cadaver iusto & maturo tempore (§. LXXVI, i.) accurate secare, & (a) attendere: num organa sint integra, & funiculus umbilicalis conformatus? atque quantum sanguinis ex hoc effluxerit? quæ qualitas secundinarum? adsit in hiatu rhomboideo, temporibus, cranio &c. sugillatio uera cum liuore & sanguine extrauasato? &c. (b) interna conspiciere & uiscera in thorace, abdomine & capite sita probe considerare 2); (2) quæ uitæ & mortis legerunt uestigia, iudici significare, atque (3) quàm de infanticidio commisso uel non commisso habent sententiam, additis rationibus ferre.

§. LXXXIII.

2) b. TEICH. *cina legal. c. 24.*
MEYER *Instit. medi.*

§. LXXXIII.

Experimentum *pulmonum*, quo quidam ^{Quæ fides} corpus infanticidii inuestigaturi utuntur ^{pulmoni} *a*), fallax habeo ac illegitimum. Quia ^{natanti &} enim (1) in causa, cur natent pulmones, ^{submergen-} quandoque est putrefactio, quandoque ^{ti habenda?} aer inflatus, & sic non semper aer inspi-
 ratus, certum uitæ infantis nati signum esse nequit *pulmo natans*; & (2) si certum uitæ signum esset, tamen inde non constabit de infanticidio *b*); potest enim partus capite exclusus pulmones aere complere, & tamen ante exclusionem totius corporis sine ulla matris uel alterius culpa suffocari. Sic quoque (3) *pulmo subsidens* infanticidium commissum non esse uix satis probat. Inter Physicos enim & Medicos constat, (a) quod non statim a natiuitate quilibet partus respiret, sicque facile contingere possit, ut morti tradatur ante primum anhelitum, quo pulmo ad natandum disponitur *c*); (b) quod, ubi partus suffocatus est, aut (c) mater in aqua uel palude, quam intrauit parturiens, exclusit partum, pulmo nunquam natet, quum cessante respiratione non sit explicatus *d*). Num hæc du-

Engau Ius Crimin. Y bia,

a) SCHOEFFFERI nr. 37.

d. de pulmone infantis natante uel submergente, c. *c*) HEIL iud. & de fens. c. 1. §. 7.

i. nr. 3. seq. *d*) IDEM c. d. c. 1.

b) IDEM c. d. c. 2. nr. 29. seq.

bia, adhibitis cautionibus, quas commendat BEYER *e*), & ponderatis rationibus, quas tradit b. TEICHMEYER *f*), ad unum cessent omnia, disquirant medici.

§. LXXXIV.

Quid iudicis sit, inuestigaturi corpus procurati abortus,

De *procurati abortus* corpore quo constet, iudex quærit Medicos: num u. c. medicamentum*, quod adhibuit gravidæ, partum immaturum expellere potuerit, & reuera expulerit?

* Quæ medicamenta procurant abortum, uaria tradunt medici. V. b. TEICHMEYER c. l. c. X. qu. 3. Quod uero dentur pharmaca simpliciter & absolute abortum procurantia, hodie negauit HOFFMANN c. d. obs. 12.

§. LXXXV.

ueneficii, &

Iudex corpus *ueneficii* cogniturus ex medicis iuratis, per quos inspicit & fecat cadauer (§. LXXX.), quærit: num homo ex ueneno propinato perierit *g*)? Hi, liuores in corpore, spumam in ore, corporis & unguium colorem &c. *b*)* attendentes, ferunt sententiam rationibus firmatam. Vbi medici in diuersas abeunt sententias, quilibet suam epicrisin sigillatim exhibet (§. eod. 2.).

* Signa

e) ad C. C. art. 33. *crim.* qu. 21. nr. 3. seq. pos. 21. seq.

b) b. TEICH-

f) c. l. p. 23. seq. MEYER c. l. c. 20. q.

g) CARPZOV *pr.* 5. 7.

* Signa ueneni ingeniti tradit FELTMANN de ca-
dau. insp. c. 25. nr. II. seq. propinati uero KAY-
SER pr. crim. p. m. 137. seq.

§. LXXXVI.

Sic quoque iudex reliquorum delicto-
rum u. c. incendii, magia, falsi, falsæ mo-
netæ &c. uestigia legere debet. reliquorum
delicto-
rum?

§. LXXXVII.

Quod si nulla supersint uestigia, ad in-
dicia & præsumptiones recurrendum est i)
(§. LXXV.), quæ plerumque cum indiciis
delinquentium coincidunt. Sic corpus
stupri uolenti inuestigaturus, debet at-
tendere (a) stupratoris & stupratæ uitam
ante actam, dignitatem, diuitias, robur, at-
que (b) proceritatem, ubi stando deli-
ctum commissum dicitur; (c) pondera-
re: num remoto an propinquo loco, (d)
semel an diuersis temporibus concubue-
rint? (e) considerare, quæ coitum sint
subsecuta (α) odii an amoris signa, (β)
discursus de præmio an de accusatione,
(γ) querelæ, clamor, eiulatus an tacitur-
nitas sine ratione * seruata k)? Ii qui ex
subsecuta conceptione, stuprum ui non
esse commissum, colligere uolunt l), me
quidem iudice, sæpe fallunt & falluntur.

Y 2

* Sin

i) LEYSER sp. 609. LEYSER d. de stupro
m. 3. uiol. nr. 3.
k) CARPZOV pr. l) BERLICH p. V.
crim. qu. 75. nr. 87. concl. 41. nr. 74.

* Sin femina honesta, in loco remoto ab homine nullius frugi, eoque fugituo, vim passa tacuit, ne se subiiciat sinistro hominum iudicio, aut amittat conditionem nubendi: iudex illius dicta superhabere nequit. KRESS ad art. 119. §. 6. nr. 2. CLASEN ad eund. artic. CARPZOV *pr. crim.* qu. 75. nr. 87. LEYSER c. d. nr. 4. 5.

§. LXXXVIII.

Actuarii
officium.

Actuarii est, prolixè notare (1) *causam inquisitionis* u. c. denunciationis diem & circumstantias, denuntiantis gestus, uerba, nomen* & personam, (2) *corpus delicti*, speciatim quo modo, loco & tempore, per quem & sub quibus circumstantiis illud inuestigatum fuerit. Posteriori annotationi subscriptione sua fidem dant scabini, qui actui interfuerunt (§. XXXII. *).

* Quandoque tamen denuntiantis nomen post defensionem demum a reo susceptam exprimitur, ut collusiones & persuasiones fraudulentæ euitentur. MYLIUS ad BEYERVM art. 62. pos. 42.

TIT. VII.

DE

INVESTIGANDO AVCTORE
DELICTI.

§. LXXXIX.

Iudex auctorem delicti inuestigaturus (1) rogat testes, Iudex cognito delicti corpore (§. LXXVI. seq.) illius auctorem quærere debet, (1) *examinando testes*, speciatim (a) læsum, huiusque consanguineos, (b) eos, qui

quibus præsentibus, aut (c) in quorum
vicinia uel domo delictum peractum est,
(d) denuntiatores, qui denuntiato silen-
tium uinculo non obstricti, immo (e) eos
omnes, qui delicti notitiam habere ui-
dentur.

§. XC.

Quos omnes sine ulla suggestione ro- sed sine ulla
gare debet. Videlicet (1) an delictum suggestio-
commisum esse * sciant? (2) unde illud ne,
cognouerint? ** (3) quem delicti ha-
beant auctorem? (4) cur hunc non
alium? *** (5) quid? quale? quo tempo-
re, loco, modo & quibus aliis circum-
stantiis commissum? & (6) quid iis am-
plius de delicto commissio cognitum ac
perspectum? m).

* Dantur enim facta, quæ modo cum, modo sine
scelere, mox ab ipso patiente, mox ab alio per-
aguntur BRUNNEM. c. l. c. VII. nr. 12. seq.

** Eos quoque, ex quibus testes de delicto com-
misso se cognouisse dicunt, iudex rogare debet.

*** Nulla enim fides habenda testi sine ratione ali-
quid adstruenti, & sic multo minus schedulæ, qua
ab incerto quodam reus significatur iudici. OL-
DEKOP. tit. 2. obs. 19.

§. XCI.

Sic examinatorum testium dicta, pro-
sint uel obsint cui uelint, diligenter nota-
re,

Y 3

m) BRUNNEMANN *proc. inquis.* c. VII. nr. 28. seq.



re, & quæ sibi iterum prælecta confirmarunt testes, nemini manifestare debet actarius (§. XXXII.).

§. XCII.

2) perscrutatur domesticus,

Ad inuestigandum auctorem delicti facit (2) *perscrutatio domestica*. Hæc uel *generalis* uel *specialis* esse dicitur, prout uel omnes & singulæ cuiusdam banni, uel certæ tantum ædes perquiruntur *n*). Huic non datur locus, nisi satis constet de corpore delicti, & contra eum, cuius ædes perscrutandæ, militent indicia. Instituitur h. m. Iudex, etiam ciuilis (§. LXXVI. *) *o*), aut illius delegatus *p*), ubi una cum actuario introiuit suspectas domus, iubet, licetorem omnes angulos perscrutari, & quæ suspecta inuenit, producere *q*). (1) *Quis, quo modo, loco & tempore ædes perscrutatus sit?* (2) *an & quæ res suspectæ, nec non quo in loco sint inuentæ?* (3) *quo eas duci iusserit iudex?* (4) *quid circa personam delinquentis & amplius tempore perscrutationis domesticæ contigerit?* sunt quæstiones, quarum responsio ex annotatione, quam in continenti fecit actarius, petenda est.

§. XCIII.

n) LIPOLD de perscrutat. domest. c. 3.

o) BERLICH dec. 120.

p) LIPOLD c. l. c. 8.

q) IHRINGK de perquisitione domestica. FROMMANN de rei furtiue inquisitione & deprehensione.

§. XCIII.

Quis delictum commiserit, iudicem ³⁾ conquirentiorem faciunt (3) *indicia*, de quibus ^{rit} *indicia* iam dicendum erit.

TIT. VIII.
DE INDICIIS.

§. XCIV.

Indicia sunt argumenta ex circumstantiis facti desumpta, quæ iudici de crimine perpetrato uel illius auctore fidem faciunt.

§. XCV.

Diuiduntur in *remota* & *proxima*, pro-
ut inter ea & maleficium commissum hu-
ius auctorem certus uel incertus ne-
xus* deprehenditur.

diuiduntur
in remota
& proxima,
quorum illa

* Quouis nexu cessante, cessat uis indicii. Vnde superhaberi debet exploratio rei, si qua facta est per artes magicas C. C. C. art. 21. §. 1. uirgulam mercurialem BEYER ad c. a. *pos.* 6. STRYK *de curios.* c. 5. nr. 26. cleidomantiam STRVV *disp. crimin.* VII, 14. saltum cribri &c.

§. XCVI.

Remota subdiuido in *simplicia* & *quali-* uel *simplicifata*. Illius generis sunt: (1) *Physio-* *gnomia* ^{r)}, (2) *fragilitas* ^{s)}, (3) *mali*

Y 4

r) STRYK d. *de physio-
gnomia* c. 1. 2. KRESS
ad C. C. art. 21. §. 3.

s) CRVSIVS *de in-
diciis* p. I. c. 38. seq.

mali parentum mores *t*), (4) mala educatio, (5) abnegatio nominis, patriæ uel familiæ *u*) &c.

§. XCVII.

uel qualificata.

Qualificata sunt (1) *uita* perpetratis delictis eiusdem generis & sub iisdem circumstantiis ante acta *uu*), (2) cum hominibus, quos malos cognouisti, citra casum, necessitatem uel aliam iustam causam contracta *societas x*), (3) mala *fama y*), quæ publica est *z*), nec ab inimicis diffamati, aut profligatæ leuitatis hominibus, aut iis, quorum interest, originem trahit *a*); (4) *fuga*, cui quis in loco delicti nuper perpetrati subito & ante inquisitionem se dedit *b*), (5) suspecta *presentia* in loco delicti *c*), (6) possessio *instrumentorum*, quibus delictum patratum est; (7) *denominatio a socio criminis spon te facta d*), additis circumstantiis,

-
- t*) PISTOR cent. IV. de fama forensi §. 21. parcem. 4. *z*) HERT lib. I. p. 112.
- u*) CRVSIVS c. l. c. 37. *a*) CARPZOV pr. HORN tr. de semel malo c. 2. §. 14. seq. crim. qu. 120. n. 22. OLDEKOP c. l. obs. 30. TABOR de iudiciis p. 134. seq.
- x*) CRVSIVS tr. de iudiciis p. l. c. 8. HERTIVS lib. I. parcem. 3. *b*) OLDEKOP tit. IV. obs. 8.
- y*) C. C. art. 25. §. 3. *c*) C. C. C. art. 25. §. 4. 5.
- BECHMANNI d. de fama. MENCKEN d. *d*) C. C. art. 31.

necessariæ aut fortuitæ præsentia, *sex-
tum* exc. emtionis, permutationis &c.
septimum exc. denominationis ad sugge-
stionem factæ, ex inimicitia prouenien-
tis, postea reuocatae &c. *octauum* rerum
ante tempus delicti uel amissarum uel alie-
natarum *m*) &c. *nouum* exc. hominis, qui
neque potest, neque solet minas exequi,
minarum generalium, uel ex ioco iacta-
tarum, damni post longum temporis in-
teruallum secuti *n*) &c.

§. XCIX.

Proximo-
rum diui-
siones.

Proxima, prout distinguunt uel non di-
stinguunt delictorum unius eiusdemque
generis auctores, (1) in *communia* & *pro-
pria* diuiduntur.

§. C.

Quumque alia delictum illiusue aucto-
rem perfecte significant, alia probabili-
ter: iterum (2) diuiduntur in *necessaria*
seu certa & *uerisimilia*.

§. CI.

Quæ indi-
cia proxi-
ma sunt fur-
torum, &

Omnium delictorum, quæ ex cupidi-
ne habendi proueniunt, communia (§.
XCIX.) eaque *uerisimilia* (§. C.) indicia
hæc sunt: (1) si cuius *res familiaris*, ubi
de nulla causa incrementi constat, crescit,
aut

m) GRANZ *defens.* *n*) IDEM c. l. nr.
inquis. c. 5. m. 2. sect. 3. 86. seq.
art. 2. nr. 65. seq.

aut (2) ubi profusio multo maior est ac-
quæstu, non decrefcit. Vtrumque eo
magis ueritatem innuere uidetur, quo plu-
ra cum eo concurrunt indicia qualificata,
utfi illius res familiaris præter spem cre-
uerit, qui ex loco furti commiffi res quas-
dam fufpecto tempore & modo efferre
uifus est *m*) &c. *Necessarium* uero ad-
efle putant (3) fi quis rem alteri furre-
ptam poffideat, nec poffeffionis fuæ ho-
neftum titulum laudare queat.

§. CII.

Quæ indicia elidit reus, probans (a) res ^{quomodo} quomodo
furtiuas in fuis quidem ædibus non ta- ^{elidantur?} elidantur?
men in fua poffeffione *n*) deprehensas ef-
fe, (b) res, quas furtiuas habet iudex, ad
læfum nunquam pertinuiſſe, (c) incre-
mentum uel plane deficiens uel ex iuſta
cauſa oriundum, (d) profuſionem alie-
norum bonorum &c.

§. CIII.

Delictorum ex odio prouenientium in- ^{Indiciis} Indiciis
dicia communia (§. XCIX.), eaque ueri- ^{proximis} proximis
ſimilia (§. C.), hæc ſunt: (1) *inimicitia* ^{homici-} homici-
capitalis; (2) *comminatio* ^{diorum} diorum
quæ poſtea ſecuta eſt *o*) (§. XCVII, 9.);
(3) *gla-*

m) C. C. C. art. 38. ſeq. nr. 177.

CRVSIVS *de indiciis* p. 30) MULLERI d. *de*
III. c. 2. nr. 27. ſeq. *uerbis minitantibus.* GER-

H) I. P. S. II, 38. ZAN- DES *de comminatio-*
GER *de queſt.* c. 2. *nibus.*

(3) *gladius cruentus*, quem quis tremebunda manu tenet; (4) *inculpatio uulnerati*, quæ sua ratione munita est, nec tendit in inculpantis, illiusue amicorum commodum p); (5) possessio rerum, quas interemtus tempore, quo morti traditus est, secum habuit q) &c. *Sandapila*, seu *cruentatio cadaueris r)*, quia nulla uis inest cadaueribus, quæ sanguinem potest egerere & egesto homicidam denotare s), huc non pertinet (§. XCV.*).

§. CIV.

uis uario
modo de-
trahitur.

Contra reus excipere potest (a) de *inimicitia* leui, reconciliata uel inter plures diuisa, (b) de *minis* nihil plane probantibus aut ab eo profectis, cui uel uoluntas uel potestas eas exsequendi defuit, (§. XCVIII, 9.), (c) de nece sibi damnosa, (d) de *inculpatione* uulnerati omni ratione destituta uel denuntiantis heredibus ferente commodum, (e) de possessione iusto *titulo* quæsitâ &c.

§. CV.

p) STRYK d. de *effatis agonizantium* c. 4.

q) C. C. C. art. 33.

r) FELTMANN de *cadau. inspic.* c. 59.
SCHOTTEL de *singul. in G. iuribus* c. 3.
MULLERI d. de *iure feretri siue cruentat.*

s) KIRCHMAIER de *cruentatione cadauerum, fallaci illo presentis homicidæ indicio.* HVNDESHAGEN de *stilio sanguinis in hominis uiolenter occisi cadauere conspicui.*

§. CV.

Indicia delictorum carnis hæc accipe Indicia proxima delictorum carnis. communia, eaque uerifimilia, (1) masculi cum femina, quæ denudauit aut leuiter texit mamillas, in locis insolitis amicam conuersationem; (2) tactum membrorum muliebrium, quem masculus quidam frequentauit & femina cum uoluptate passa est; (3) ad coitum præparationem; (4) in- & egressum cubiculi, in quo quis alterius sexus accubat; (5) pernoctationem soli cum sola &c. *Necessarium* est rumor uentris illius feminae, quæ nulli marito iuncta est, aut cum eo non concubuit.

TIT. IX.

DE

INCARCERATIONE FACINOROSORVM.

§. CVI.

Vt ne iudicium reddatur elusum, ille, contra quem legitima facinoris commissi militat suspicio, *præsens* carceri includendus (§. LXXII, 4.), *fugitiuus* literis arrestatoriis persequendus, & *latitans* saluus conducendus est. De *incarceratione* hic, de *literis arrestatoriis* uero & *saluo conductu* infra quædam proferre licebit.

§. CVII.



§. CVII.

Carceri

Carcer uel *publicus* uel *priuatus* * dicitur esse, prout auctoritate publica uel priuata exstructus est. A loci qualitate hæc distinctio uix recte petitur. Carcer enim, si iudici ita uidetur, in loco priuato esse potest t).

* Hic in delictis est. Nihilo tamen minus priuatis licet (1) sibi subiectos, castigandi & a criminibus reuocandi animo, carceri includere, atque (2) facinorosos fugientes comprehendere, & ad illud usque tempus, quo eos iudici exhiberi fas est, custodire. DECIANVS *tr. crimin.* lib. VII. c. 10. LEYSER *sp.* DLXIII. m. 12.

§. CVIII.

Hic notes sequentia :

- I. Reus de iudicio eludendo suspectus carceri includendus est.
- II. Custodia, non pœna, debet esse carcer u).

§. CIX.

includuntur rei

Ex primo (§. pr. i.) sequitur (1) ut carceri sine iure mancipetur inculpatus delicti, de cuius corpore plane non constat; (2) ut, quo magis quis de iudicio eludendo suspectus, eo sanctior illius custodia debeat esse; (3) ut cessante causa suspicio-

t) LEYSER c. *spec.* u) C. C. art. 11. §. 3. m. 9. seq.

spicionis non possit non squalor cessare carceris x).

§. CX.

Suspectus autem de iudicio eludendo ^{de iudicio} habetur (1) is, contra quem militant plu- ^{eludendo} ra indicia y) remota simplicia (§. XCVI.), ^{suspecti.} aut unum & alterum remotorum singu-
lari qualitate munitorum (§. XCVII.), aut unicum ex proximis, licet communibus, (§. CI. seq.) illius delicti, quod uel capitali uel corporali pœna uindicandum esse uidetur z); (2) uagabundus, etiam leuioris criminis reus a), qui cautionem de iudicio fisci præstare uel non uult uel non potest b); (3) criminis inculpatus, qui ad forum delicti citatus non uenit c).

§. CXI.

Quia quo magis quis suspectus est de ^{Personæ ra-} iudicio eludendo, eo sanctior illius ^{custio haberi} custodia debet esse (§. CIX, 2.): intelligere ^{debet} potes causam (1) cur alius in honesto, alius in inhonesto *conclau* sedere debeat; (2) cur alius cum, alius sine *catenis* aut *custodibus** fit, speciatim (3) cur uir alio-
quin

x) HEIL *iud. & de-
fens.* c. 2. §. 5.

y) C. C. art. 6. II.

z) BRUNNEMANN
proc. inquis. c. VIII. nr.

7. CARPZOV *pr. crim.*
qu. III. nr. 12.

a) LEYSER c. sp.
m. 3. 4.

b) FROELICH *com-
ment.* über P. S. G. O.
p. I. lib. I. tit. 4. n. 3.

c) LEYSER c. sp.
m. 6.



quin honestus, ubi criminis capitalis incufatur, *militibus*, fin leuioris, idoneis *fideiufforibus*, aut suæ ipsius ampliffimis facultatibus gaudentis *promissioni* committatur *d*).

* Quod mallati neque excubias agere, neque sumtus, quibus ad uigiles constituendos opus est, ferre teneantur, nisi pacta aut mores regionis illud uelint, tit. XXXIII. docebitur. Hic tantum notes, quod perpetui custodes iurent de reo fideliter custodiendo, atque ei nullius rei aut personæ copiam faciendo, infcio & inuito iudice.

§. CXII.

in determi-
nanda qua-
litate car-
ceris.

Secundum axioma (§. CVIII, 2.) nos docet (1) iis carceribus, iis catenis utendum esse iudici, quibus nullo modo *cruciat* reus *e*). Itaque carcer non sit humidus, teter, obscurus uel subterraneus locus *f*), nec catenæ constringant membra corporis *g*); (2) iudicis esse (a) incarcerato *uictum* quotidianum præbere, & (b) graui morbo confectum ad tempus uinculis soluere *b*).

§. CXIII.

- d*) LYNCKER Resp. crim. qu. 27. nr. 103.
23. BRUNNEMANN c. l. c.
e) C. C. art. II. 218. VIII. m. I. n. 21.
f) BOSS f. 21. LEYSER c. sp. coroll. 2. *b*) MVLLERI d. de relaxat. incarcerat. th. 14.
g) FARINACIVS pr.

§. CXIII.

Cautiones atque prouisiones iudicis circa reos incarcerandos & incarceratos retinendos fere hæc sunt: (1) ut, ubi dubitat, sine capturæ locus? uel ad regimen uel ad ICTos acta transmittat *clanculum i*); (2) ut ne rei deprehensionem, cuius iusta causa adest (§. CVIII.), moretur *k*); (3) ut ne det mandatum licitoribus de reo criminis licet capitali pœna luendi *uiuo aut mortuo capiendo*, nisi summa hoc iubeat reipublicæ salus & utilitas *l*); (4) ut ne ansam præbeat captiuo (a) uitam sibi adimendi *m*), (b) fugam capeffendi, (c) ueritatem criminis suppressendi *n*), (d) de nouo delinquendi *o*); (5) ut ne misericordia motus sine causa dimittat reum (§. XXIII.) *p*); (6) ut de carcere illiusque qualitate sit sollicitus &c.

§. CXIV.

Actuarii est (1) notare quid *causam* derit cur reus *captus*, (2) describere *lo-* Engau Ius Crimin. **Z** cum

<i>i</i>) BRUNNEMANN Anw. zum Inquis. Proc. c. 3. §. 12.	<i>n</i>) C. C. art. II. OL- DEKOP tit. 3. obs. II. THOENNIKER Adu. prud. p. 20.
<i>k</i>) LVDOVICI Peinl. Pr. c. 2. §. 2.	<i>o</i>) Spec. Suen. c. 120.
<i>l</i>) OLDEKOP tit. 3. obs. 1.	FARINACIUS c. qu. nr. 52.
<i>m</i>) BESOLD. thes. pract. II. Messer.	<i>p</i>) LEYSER c. sp. m. 17.



cum carceris, (3) laudare uerba, quibus conceptis *iurarunt* custodes, (4) mentionem facere *uictus*, reo præbendi quotidie.

§. CXV.

carcerarii.

Carcerarii alicubi *q)* est. iudici, ne hic cuiusdam incarcerati obliuiscatur, suo tempore suggerere omnium & singulorum incarceratorum nomina, ætatem, ordinem, sedem, uictum, facinora &c. addita mentione temporis, per quod carceri sunt inclusi.

TIT. X.

DE

MEDIIS, QUIBVS REVS CARCE-
REM VEL AVERTERE VEL
MITIGARE POTEST.

§. CXVI.

A carcere
liberat
r) asylum

A carcere tutus est (1) quem *asylum*, *Frithstoll*, *Frithhof*, idque uel *profanum* r) * uel *religiosum* ** excipit.

* Quod competere dicitur statuis Rolandinis, *DECHT de securit. & salu. conductu* c. 6. *curiis dominicis* privilegiatis, *DVRR de curiis domin. domibus* a centena liberis, *BESOLD th. pr. II. Freiheit*, aut quod competat, probari nequit. *V. ENGELBRECHT d. de iniusta asylorum immunitatisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione*, c. II. §. 25.

** In

q) *Rescr. gen. Cænc. Dominus & Subditus p. Cellens. d. 17. Sept. 1717. 791. MYLER de asylo-*
r) *KAVFFMANNI rum iure c. 8.*

** In Germania olim nemoribus, HELMOLD *Chron. Slav.* c. 83. post ecclesiasteriis, *L. Alam.* tit. 3. *Baiuv.* I, 7. *Capit. V*, 93. VII, 174. ius asyli datum est. Quo tamen ne fruerentur homicidæ, fures, alique criminosi, uoluerunt *L. Sax.* III, 5. *Capit.* III, 26. V, 193. Vid. ENGELBRECHT c. I. §. 7. seq. Iuris Canonico-Pontificii dispositio de hac re nunquam placuit maioribus nostris, nec nobis placet hodie, quod ex plerarumque prouinciarum legibus u. c. *Bayer.* III. O. tit. 10. *Statuta Com. Tirol.* lib. VIII. c. 58. 60. Conf. *Ausführung der Ostnabrüg. Asylen Sache* patebit cuilibet. In terris Euangelicorum omne ius asyli exulat. *Elem.* nr. I. *Can. Pont. Eccl.* lib. II. §. 269.

§. CXVII.

Defensionum fauor non exiguus. Nam ²⁾ defensio (1) non facile denegantur, sed (2) quo maius periculum reo aut illius cognatis & amicis ^{s)} imminet, eo sæpius conceduntur; (3) respuunt *contradictorem* & (4) *prescriptionem*. Sic quoque, ubi periculum imminens magni momenti est, iudex (5) *defensorem ex officio* constituit, * ac constituto, ubi reus nihil in bonis habet, ex ærario publico suum stipendium dare tenetur ^{t)}. Defensoris uel a reo electi uel a iudice constituti est, scriptum offerre breue, nullis precibus intempestiue fufis, nullis dictis Scripturæ S. male adplicatis, nulla allegatorum

Z 2

farra-

s) I. P. S. II, 57.

z) C. C. C. art. 47.



farragine, sed argumentis solidis refertam, atque rationibus, quas facti suppeditant circumstantiæ u).

* Olim unus ex assessoribus iudicii plerumque constituebatur *ferendarius* siue defensor. I. P. S. 1, 60.

§. CXVIII.

pro auer-
tendo
carcere.

Reus toties quoties ipsi damnum imminet, huius causam auertere & imminuere, seu se defendere potest. Itaque danda quoque est *defensio pro auertendo & mitigando carcere*. Illam suscepturus decenter (§. pr.) excipiat (1) de persona iudicis, (2) de defectu corporis delicti, (3) de singulorum *indiciorum*, contra reum militantium, futilitate, (4) de fuga rei non metuenda x). Quandoque satius est, ut simul reus de se sistendo ac iudicatum soluendo *caveat y)*, aut ad pœnam pecuniariam uel iusiurandum purgatorium se offerat. Contra, petitionem salui conductus cum hac defensione cumulare, absonum est.

§. CXIX.

Carceris re-
laxatio quo
modo pe-
tenda?

Hanc medians, cuius preces iudex repudiauit, principem, cum quo *queritur* de carcere tetro, subterraneo &c. submissa

u) FALCKNER *medit. ad defens. for.* pag. 32. seq.

p. 59. seq.

y) GVAZZINI *def. V. c. 2. nr. 7.*

x) HEIL *iud. & def.*

missa uoce rogare debet, uelit cuidam committere inspectionem & mitigationem carceris atque catenarum 2).

§. CXX.

Quod in causa criminis corporali pœ-
na luendi suprema imperii dicasteria ap-
pellari nequeant tam certum est, quam
quod certissimum a). De eo autem:
Num a iudicibus criminalibus ad principem
uel summum iudicium cuiusque territorii
appellare liceat? disceptarunt CARPZOVIVS b),
OLDEKOP c), & alii. Si dicendum quod res est,
(1) cum superiore conquiri licet super nullitate
processus d). Quo facto uel mandata de rite
administranda iustitia decernuntur, uel iudices
iubentur, reorum defensiones ad ICtos
extraneos mittere e); (2) appellatio, sicut
olim *, ita & hodie prohibita est, si
terras Austriacas f), Ducatum Brunsvicensem

An detur appellatio-
ni locus?

Z 3

2) RVLAND de commissar. p. II. lib. 4. c. 1. GAIL obseru. I, 26. & 78.

a) R. I. 1530. §. 95. Ord. Cam. p. II. tit. 28. §. 5. & tit. 31. §. 14. LV-DOLF obs. for. p. I. obl. 108. pag. 296. SCHWANNEMANN differ. I. Ciu. & Cam. d. 18.

b) pr. crim. qu. 139.

c) tr. de appellat. in caus. criminal.

d) Ord. Cam. p. II. tit. 28. §. 5.

e) RVLAND. de commissar. p. I. lib. II. c. 3.

f) K. Josephs Peinl. Halsger. Ord. art. 21. §. 1. seq.

ensem g), & paucas alias prouincias b), quibus uel lege uel consuetudine suo modo data est appellandi facultas, exceperis; (3) in Sax. El. appellatio in processu accusatorio, &, qui illius species est, bannitorio interponi potest, dummodo illius schedula non ad curiam quandam prouincialem aut supremum appellatio- num iudicium, sed ad ipsum Electorem dirigatur; in inquisitorio autem interpo- sita hoc tantum efficit, ut res ad superio- rem referatur i). Vnde colligere potes, quid de appellatione, quam interponit fa- cinorosus tempore, quo carceri includitur, statuendum sit.

* Olim leuiorum criminum rei appellare poterant, homicidæ uero, adulteri & malefici conuicti non audiebantur. *Capit. VII, 129.* Sententiam blasphemare poterant criminosi neque temporibus, quibus specula sunt condita, *I. P. S. II, 2. Suen. c. 114.* ed. GOLDAST. neque ætate, qua florebat iudicia Westphalica, MEINDERS *de iudiciis cen- tenar. p. 82.*

TIT.

g) PVFENDORF *in- P. S. tit. 10. nr. 344. seq.*
rod. in proc. crim, Luneb. i) LEYSERI *d. de ap-*
 c. 22. *pellatione in causis crimin.*
 b) MARTINI *ad O. c. 6. §. 3. seq.*

TIT. XI.

DE
REORVM EXAMINIBVS

speciatim

DE

SVMARIO EXAMINE.

§. CXXI.

De delicto & illius circumstantiis ro- Reum qui
gatur reus, primum *summarie*, dein rogat
ad articulos (§. LXXII, §. 6.). Quod quan-
doque *ad certa puncta** rogetur, illud re-
centioris nec ubique probati moris est.

* Ad hæc rogat iudex, ut respondentis famam &
existimationem seruet illibatam. BERGER *El. Iur.*
Crim. p. 210.

§. CXXII.

Reus sit rogandus quo uelit modo, iu- iudex, sit
diciis est, (1) ubi cum scabinis & actua- iustus
rio *confedit* (§. XXXI, 4. XXXIX, 3.), (2)
illum de *dicenda ueritate* & mente *cate-*
gorice explicanda monere; (4) dicentem
audire, eumque (5) de uero *significatu*
uerborum, si quibus dubiis aliqua dixe-
rit, nec non (6) de causa, cur illius dicta
cum fama pugnent & testimoniis? inter-
rogare k); (7) ex responso rei quando-

Z 4

que

k) BRVNNEMANN *proc. inquis.* c. VIII, m.
l. nr. 84.



que quæstiones confestim formare, & ad eas responſionem exigere; (8) examini toties quoties poſt illud peractum noua indicia emergunt, aliud *addere* &c.

§. CXXIII.

bonus &

Quia iudex bonus, honeſtus & ſincerus eſſe debet (§. XXII. ſeq.): ſumma cum iniuria (1) criminis confeſſionem elicit *ſpem impunitatis* faciens, (2) prætermittit *cauſas ignoſcendi*, (3) utitur præſtigiis, fallaciis & *doloſis captionibus* &c. l).

§. CXXIV.

cautus, præ-
fertim ubi
res ei eſt

Cauſiones iudicis reum examinantis hæ ſunt: (1) ut ne reo ullum locum det *ſubterfugia* quærendi, aut de nouo *delictum* aliquod committendi *m*); (2) ut examen rei, *ueritatem fateri* incipientis, nullo abrumpat modo *n*); (3) ut quandoque ſimulet, examen interrumpat aut illius ordinem quodammodo immuter, aliumue *dolum bonum* adhibeat *o*), ubi reus uerſutus eſt, & ad omnia neganda paratus *p*).

§. CXXV.

- 1) BEYER ad art. 45. c. l. n. 83.
ſeq. poſ. 10. STRYK de *o*) CARPZOV *proc.*
ſalute publ. c. 2. nr. 122. *crim.* qu. 113. n. 38.
m) *Kayſer pr. crim.* *p*) BRVNNEMANN
p. m. 270. c. l. nr. 66. 70.
n) BRVNNEMANN

§. CXXV.

Præsertim caueat iudex, (4) ut *furiosum* cum *fu-*
 statim eum habeat, qui furenter agit & *rioso,*
 loquitur. Disquirat potius: sit furor *simu-*
latus an *uerus*? &, ubi de hoc constat,
 sit *approquinquans* an *præsens*? *absolutus* an
respectiue talis? Ad quod intelligendum,
 quærat (a) *ex medicis*: num, in quantum
 & ex qua causa furore agitatam uel men-
 te captum reum habeant *q*)? & (b) *ex*
iiis, qui circa reum adhuc fuerunt: num,
 quoties, quo tempore & in quibus rebus
 furiosum uiderint *r*)?

§. CXXVI.

Iudex (5) cum *muto* rem agens, iubeat *muto,*
 eum oculos in res, quibus tempore de-
 licti commissi usus est, dirigere, &
 de delicto illiusque circumstantiis ueri-
 tatem per signa prodere. Ut uero con-
 stet iudici, quid quodlibet signum loqua-
 tur, *interpretes duos* pluresue, eosque
 reo uel consuetudine uel sanguine iun-
 ctos, adhibere debet *s*).

Z 5 §. CXXVII.

q) THOMASII d. de der Taub und Stumm
presunt. furor. atque geborn. c. 1. §. 5. c. 3.
dement. §. 16. seq. §. 4. GASSERI d. de in-

r) ID. c. d. §. 41. *quisit. contra surdum &*
seq. *mutum natura §. 11. 15.*

s) KRESS vom R. *seq.*



§. CXXVII.

furdo, *olort* Vbi (6) *furdus* examinandus est, tradunt nonnulli Dd. iudicis esse, quaestiones suas fundere, uel super cerebrum, uel per os apertum, rei t).

§. CXXVIII.

homine peregrini idiomatis aut Vbi (7) iudex rei & reus iudicis *linguam* non intelligit, ad minimum duo* interpretes sunt accersendi, qui iureiurando ad id obstringuntur, ut iudicis uerba reo & rei uerba iudici fideliter interpretentur, atque in iudicio, iis praesentibus, acta prodant nemini.

* Vnicum sufficere putat STRYK d. de negotiis per interpretem gestis c. 2. §. 76. seq. atq. praxis examen in causis capitalibus institutum, unico interprete interueniente, iubet repeti. MXLII progr. d. inaug. HOLDERRIEDERI praemissum.

§. CXXIX.

contumace. Qui uel plane non, uel non categorice refert aut respondet, reus *leuioris* criminis, pignoribus, multa, aut carcere coercetur u), uel a confessionario suo excitatur; si reus *grauioris* criminis, relatio uel responsio iniungitur ei, sub pena confessi & conuicti, sub comminatione tormentorum &c. y).

§. CXXX.

- * z) GASSER c. d. §. 15. 279. CARPZOV c. 9.
 u) BRUNNEMANN nr. 56. BRUNNEMANN
 c. l. nr. 78. c. l. nr. 81.
 y) Kayser c. l. p. m.

§. CXXX.

Actuarii est (1) annotare (§. XXXII.) <sup>Actuarii of-
ficiam.</sup> quando, ubi, a quo, quibus præsentibus, qua admonitione præmissa & quo modo reus rogatus, (2) consignare *uerba*, quibus reus delictum referens usus est, (3) consignata finito actu *prælegere*, (4) describere *statum animi & gestus rei* hoc uel illud dicentis z).

§. CXXXI.

Examen rei summarium (§. CXXXI. <sup>Examen
rei summa-
rium</sup> LXXII. 5.) est breuis & concatenata delicti illiusque circumstantiarum relatio, iudice iubente ab ipso reo facta.

§. CXXXII.

Iudicis est (1) hoc examen quouis modo maturare, (2) præsentibus scabinis & <sup>quomodo
instituen-
dum?</sup> actuario monere reum dicendæ ueritatis (§. CXXXII.), (3) mouere dubia, si quæ dicta rei pugnent cum iis, quæ uera cognouit ex fama uel dictis testium &c. (§. eod. n. 6.); (4) non tamen facile sermonem rei interrumpere.

TIT. XII.

z) HELL *iudic. & defens.* p. 81.

TIT. XII.

DE

ARTICVLIS INQVISITIO-

NALIBVS

ET

REI AD ILLOS RESPONSIONE.

§. CXXXIII.

Ad articu-
los inquisi-
tionales

Articuli *inquisitionales* sunt quæstio-
nes *a)*, quibus iudex reum rogat tam
de sua persona quam de delicti, cuius in-
culpatur, circumstantiis.

§. CXXXIV.

tam gene-
rales

Vnde in *generales & speciales* diuidun-
tur, quorum illi faciunt, ut iudex nomen,
parentes, patriam, ætatem, educationis lo-
cum rationemque, electum uitæ genus,
fortunam &c. rei queat cognoscere.

§. CXXXV.

quam spe-
ciales

In *speciales*, qui dicuntur, *articulos* il-
læ digeruntur circumstantiæ, (1) quas ex
denuntiatore, testibus, reo summarie re-
spondente, uel aliunde cognouit, (2)
quasque ad ueritatem criminis detegen-
dam, & sic (3) ad reum uel condemnan-
dum uel absoluedum facere iudex pro-
babili ratione ductus iudicat.

§. CXXXVI.

a) Kayser c. l. p. 239. BRUNNEMANN c. l.
nr. 34.

§. CXXXVI.

Ad unum omnes articuli inquisitio- legitime
nales debent esse (1) breues, (2) perspicui, conceptos
(3) singulares *b*), (4) pertinentes (§. pr.)
c), (5) responsionem non fuggerentes *d*),
(6) tam ad inculpationem quam ad defen-
sionem directi (§. XXIII, 1.), nec (7) uagi
& incerti, aut (8) fallaces & captiosi
(§. CXXIII, 3.) *e*).

§. CXXXVII.

Vbi constat de corpore illius delicti, ^{indiciis suf-}
quod, si dolo peractum est, manet pœna ^{ficienter}
uel capitalis uel corporis afflictiua *f*), ^{grauatus}
le- uioris conditionis homo grauatus indi-
ciis remotis qualificatis (§. XCVII.), aut
honestior grauatus ^{indiciis} proximis
(§. CI. seq.), ad inquisitionales articulos
rogatur *g*).

§. CXXXVIII.

Iudex cum scabinis & actuario confi- ^{iudice ro-}
dens (§. CXXIII,) *b*), reum de ueritate di- ^{gante}
cenda, & categorice respondendo admo-
nitum (§. eod. 2. 3.) rogat primum ad ge-
nerales (§. CXXXIV.) post ad speciales
(§. CXXXV.) articulos. Sit autem inro-
gando

b) Kayser c. l. p. 237. nr. 33.

c) C. C. art. 20. CARP- *f*) C. C. C. art. 10.
ZOV qu. 113. nr. 25. *g*) HEIL c. l. c. 3 §. 4.

d) C. C. art. 56. §. 2. seq. KRESS ad art. 6.

Kayser c. l. p. 241. §. 8. seq.

e) CARPZOV c. l. *b*) C. C. art. 46. 71.

gando (1) *accuratus*, ut nullam circumstantiam tacitus prætereat, omnem dubitationem, quæ ex responsione rei nasci potest, tollat tempestive (§. CXXII, 4. seq.) (2) *bonus*, ut ne dolo malo irretiat loquentem (§. CXXIII.) *i*), (3) *cautus*, ut ne articulos cum reo ante examen communicet, ut ne uel ad instantiam rei differat, uel reo delictum confitente diuidat examen, ut unum idemque interrogatorium aliis quandoque uerbis repetat (§. CXXIV, 3.) *k*), alioque dolo utatur bono. Speciatim ei cautionibus utendum est, ubi agit cum furioso (§. CXXV.) muto (§. CXXVI.) furdo (§. CXXVII.) homine peregrini idiomatis (§. CXXVIII.) aut contumace (§. CXXIX.).

§. CXXXIX.

respondere
debet.

Reus ad articulos rogatus respondere debet (1) ore tenus (2) categorice (3) figillatim. Ad summarium examen se referre, aut protestans de non recedendo a prima relatione respondere nequit *l*).

§. CXL.

Officium
actuarii.

Actuarius præter illa, quæ in examini- bus rei ab eo notanda diximus (§. CXXX.) *m*), debet

i) BRUNNEMANN III. 36.

c. l. nr. 85.

l) BRUNNEMANN*k*) CARPZOV c. q. c. l. nr. 89. seq.

m), debet chartam in duas partes distri-
buere, & unum articulum post alterum
ita conscribere, ut e regione compareat,
quæ, et sub quibus gestibus, ad unum
quemque a reo data sit responsio. Illa
ipsa uerba, quibus reus usus est, sunt con-
scribenda, nec *equipollentia* substituenda
n). Conscripita, ubi reo sunt *prælecta*,
subscriptione firment scabini.

§. CXLI.

Reus, statim atque ad articulos inquisi-
tionales respondere incipit, (1) audit *in-*
quisitus, (2) suspenditur ab *officio*, si quod
gerit publicum, (3) excluditur a *collegio*
opificum, cui adscriptus est, immo (4) ab
omni *consortio honestorum uirorum* &c.
ad illum usque diem, quo, innocentia
purgata, absoluitur. Quæ quum ita sint,
non est, cur mireris, quod responsionem
ad inquisitionales articulos uariis mediis
(§. CXVIII.) o), de quibus seq. tit. dicen-
dum erit, declinare liceat.

Effectus re-
sponsionis
ad articu-
los.

TIT. XIII.

m) IDEM c. l. nr. c. l. nr. 93. seq. BARTH
78. hodeg. for. p. m. 921.
n) Kayser c. l. p. m. o) BEYER ad C. C.
256. BRUNNEMANN art. 6.

TIT. XIII.

DE

MEDIIS, QVIBVS REVS RE-
SPONSIONEM AD ARTICVLOS
INQVISIONALES DECLI-
NARE POTEST.

§. CXLII.

1) Defensio
pro auer-
tenda

Præcipuum medium, quo auerti potest
responsio ad articulos inquisitionales,
est *defensio*, siue demonstratio deficientis
causæ iustæ, cur ad articulos inquisitiona-
les rogetur reus.

§. CXLIII.

ubi con-
cessa est,

Itaque hæc defensio non cuius datur
petenti *p*), sed illi demum, qui in eo est,
ut demonstret uel nullam uel illegitimam
causam inquisitionis specialis adeste (§. pr.).
Allegatio causæ pœnam mitigantis non
attenditur *q*).

§. CXLIV.

non omni
destituitur
fauore.

Concessa uix omni destituitur fauore.
Nam (1) ex iustis causis post terminum
peremptorium admittitur *r*), (2) respuit
fiscalem, & illius interrogatoria ad
articulos defensionales concepta (§.
CXXIV, 3.).

§. CXLV.

p) BERGER suppl. nr. 125.
p. II. p. 43. HOMBORG *r*) BERGER suppl.
Resp. 191. p. I. obs. 50. LEYSER
q) CARPZOV q. 115. sp. 592. m. 17.

§. CXLV.

Sic quoque (3) ut defensor quid efficiere possit, datur ei locus cum reo colloquendi s), & contra hunc quæ militant, quærat indicia cognoscendi t).

§. CXLVI.

Est autem defensoris, si fieri potest, defensor (1) fundamentum inquisitionis destruere prudens, u); (2) iudicem incompetentem, præuentum, inhabilem, suspectum esse, docere; (3) seruatum procedendi ordinem impugnare; (4) corpus delicti incertum dubiumque reddere; (5) leuitatem delicti x) & (6) futilitatem indiciorum y) contra reum militantium demonstrare, nec non (7) testimoniis probare, quod uitam antea ita egerit reus, ut uix præsumi queat, eum auctorem esse inculpati delicti. Exceptiones litis finitæ & peremptorias liquidas z) opponere sat, eas uero, quibus pœna mitigatur, laudare frustraneum est (§. CXLIII.) a).

Engau Ius Crimin. Aa §. CXLVII.

s) CRAVETTA conf. Proc. c. VI. §. 6.	y) CARPZOV qu. 108. nr. 50.
35. HEIL iud. & defens. p. III. seq. THOENNIKER aduoc. prud. in foro crim. c. 6.	z) MEIER d. de defens. pro auertenda inquis. §. 13. seq.
t) BARTH hodeg. for. p. m. 890. KRESS ad c. art. §. 16.	a) PVFENDORF introd. in proc. crimin. Luneb. c. 13. §. 5.
u) ID. c. l. p. 1019.	
x) LVDOVICI Peinl.	

§. CXLVII.

adhibeat- Præterea caueat (1) ut se ad defenden-
que cautus. dum offerat, durante adhuc summario
testium examine, aut iam ad articulos da-
ta responsione *b*); (2) ut in schedula ob-
lationis multis deducat momenta, quæ ha-
bet, defensionis *c*); (3) ut rei causam
reddat deteriore *d*); (4) ut admittat
fiscalis *e*) monita, aut (5) notas margina-
les iudicis.

§. CXLVIII.

2) Oblatio Quandoque defensor non sine fructu
ad pœnam sub finem defensionis refert *f*), reum ad
pecunia- soluendam 2) pœnam pecuniariam, uel ad
riam uel præstandum *iusiurandum purgatorium*,
iusi.purgat. promptum & paratum esse, non quod de-
licti sibi sit conscius, sed pertæsus litis &
illius expensarum.

§. CXLIX.

3) Prouoca- 3) *Prouocationem ex L. diffamari* uix
tio ex L. sistere inquisitionem ad unum fere faten-
diffamari. tur omnes ICri *g*). Circa (4) *appellatio-*
4) Appella- *nem*
tio.

b) KRESS ad c. a. II. p. 481.

§. 15.

f) THOENNIKER

c) *Selig El. iur. rh. aduoc. pr. c 9 p m. 34.*

pr. p. 785.

g) LYNCKER *decif.*

d) LEYSER *spec. 1185. resol. 63. Diss. OL-*

DLXII. m. 14.

DEKOP de appell. in

e) *LVDOVICI c. 1. caus. crim. q. 3. p. 60.*

§. 8. BERGER c. l. p. seq.

nem hic idem iuris est ac supra (§. CXX.)
docuimus.

§. CL.

Quidam de defensione, quam pro auer- 5) Contu-
tenda responsione ad articulos inquisitio- macia rei.
nales conscripserunt, desperantes, se ad
articulos rogari patiuntur, aut non respon-
dent. Sic famæ consulere uolunt b), sed,
ex sententia plurium doctorum, per-
peram i).

§. CLI.

Iudex caueat, (1) ut defensorem solum Cautiones
cum incarcerato colloqui patiatur k); (2) iudicis.
ut cuilibet petenti hanc concedat defen-
sionem; (3) ut defensori integra acta ad
perlustrandum exhibeat l); (4) ut con-
sentiatur in oblationem a reo factam, &
exigat pœnam pecuniariam uel iusiuran-
dum purgatorium (§. CXLVIII.) prius,
quam probe considerauit inculpati per-
sonam ac indiciorum qualitatem.

A a 2

TIT.

b) BEYER ad C. C. c. l. c. VI.
art. 6. pos. 7. BARTH l) Diff. REINMANN
de cominat. sub pœna d. de edendis a iudice
conf. c. 2. §. 6. actis ad formandam de-
fensionem pro auertenda
i) BOEHMER d. de inquis.
contum. non respond.
k) THOENNIKER



TIT. XIV.

DE

REO CONFESSO.

§. CLII.

Confessio

Confessio est actus, quo quis sciens & intelligens adfirmat, se hoc uel illud egisse.

§. CLIII.

1) in iudiciale & extraiudiciale,

Diuiditur confessio (1) in *iudiciale* & *extraiudiciale*, prout ea in iure fit uel extra illud. Ad extraiudiciale referre solent *sacramentalem m)*, atque coram iudice *incompetente n)*, aut competente quidem, sed non in *loco iudicii factam o)*.

§. CLIV.

2) in ueram & fictam,

Quandoquidem mox uerbis fit, mox ex certo facto a iudice elicitur, aut a lege præsumitur: (2) in *ueram & fictam* dispescitur. Fingitur autem confessio (a) ubi reus cum læso *transigit p)*, aut (b) sub *pæna confessi & conuicti* respondere iussus non respondit, aut (c) nunquam in eo fuit, ut indicia contra se pugnancia *elideret q)*.

§. CLV.

m) KRESS ad art. 32. *crimin.* IV, 45.

§. 3.

n) MATTHÆI de *crimin.* ad lib. D. 48. tit. 16. c. 1. nr. 5.

p) CARPZOV *pr. crimin.* qu. 121. nr. 56.

q) MATTHÆI c. 1. nr. 9.

o) OLDEKOP *obs.*

§. CLV.

Denique (3) uel *pura* uel *qualificata* ^{3) in puram & qualificatam diuiditur.} dicitur esse, prout reus crimen simpliciter confessus est, aut confessioni suæ qualitatem quandam addidit *r*).

§. CLVI.

Confessio, ut fidem facere possit iudici, ^{Confessio debet esse} (1) *clara* ac *euidens*, (2) *animo deliberato suscepta*, atque (3) *probabiliter uera* debet esse.

§. CLVII.

Quia igitur confessio clara ac ^{1) clara ac euidens} euidens debet esse (§. pr. 1.): intelligis causam, (1) cur eo maior aut minor fides habenda confessioni, quo minus aut maius dubium circa eam superest; (2) cur confessio *uaga*, *generalis*, *ambiguus uerbis facta* nullam plane, (3) *illatiua* uero, *mutus* aut ab iis facta, quos *surdos* & *mutos* simul natura fecit (§. CXXVI. seq.) *t*), quosue iudex per *interpretem* rogauit (§. CXXVIII.) *u*), aliqualem tantum fidem mereatur.

Aa 3

§. CLVIII.

r) SCHOEFFE de crim. VIII, 6. p. 41.
confessione qualificata.

s) WILLENBERG u) MYLII pr. HOL-
d. de inefficaci criminis DERRIEDERI d. præ-
confess. §. 6. miss. p. 7. ZIEGLERI
d. de poenis §. 67.

t) STRVV obseru.

§. CLVIII.

2) animo
deliberato
facta &

Quia confessio animo deliberato debet esse facta (§. CLVI, 2.): sequitur, ut nihil efficiat confessio, quam is fecit, qui uel *rationis usu* uel *uoluntatis libertate destituitur*. Itaque iudici fidem facere nequit confessio (a) ira (b) ioco aut (c) uino commota, (d) ui metu dolosive persuasionibus x), speciatim (e) spe impunitatis y) elicitam, nisi illius causa cessante rata fuerit habita z). *Erronea* nullam fidem facit a), & quouis tempore reuocari potest b).

§. CLIX.

3) probabili-
liter uera.

Sit denique (3) probabiliter uera (§. CLVI, 3.). Hæc adesse uidetur, ubi (a) causa adest præexistens uel paret *corpus delicti* (§. LXXVII. seq.) c), (b) confitentem delicti auctorem monstrant *indicia ualida & in iure probata* (§. XCVI. seq.) d), atque (c) confessio eas continet *circumstantias*, quas iudex *ueras* deprehendit, aut, quod magis est, quas innocens non facile scire potuit e). Contra probabili-
ter

x) COCCII de *simulat.* §. 54. 55.

y) CRUSIUS de *iudiciis* p 1 c. 107.

z) a C. C. art. 56.

a) a C. C. art. 57.

b) OLDEKOP *obseru.*

crim. IV, 21. CARPZOV
pr. crim. qu. 115. nr. 33.

c) WILLENBERG
c. d. §. 10.

d) C. C. art. 6.

e) *ibid.* art. 60.

ter uera non habetur confessio facti illius, quod naturæ repugnat aperte f), aut de quo neque ad sensum neque ad intellectum constat g).

§. CLX.

Confessio iudicialis (§. CLIII.), quæ simplex est (§. CLV.) & legitima (§. CLVI. seq.), plene probat, sicque facit, ut condemnetur confitens, non uero tertius. Hic tamen, ubi alia concurrunt indicia (§. XCVII.), inquisitioni speciali subiici potest (§. CXXXVII.) b).

Quid efficiat confessionem iudicialis,

§. CLXI.

Confessio extraiudicialis (§. CLIII.), si qua pura (§. CLV.) est & legitima (§. CLVI. seq.), uim semiplenæ probationis habet, immo, si sæpe repetita fuerit, ad infligendam pœnam leuiorem sufficit i). Eiusmodi confessionem factam esse, si reus neget, plene probari debet k).

si extraiudicialis,

§. CLXII.

Confessio, cui ea qualitas addita est, quæ præsumptioni iuris contrariatur, nec probari potest, simplici æquiparatur.

qualificata, & ficta?

Aa 4 Ficta

f) DAMHOVDER *minis* c. 6. 7.
pr. crim. c. 54. nr. 33. i) Ill. LEYSER d. de
g) Id. c. 1. nr. 34. extraiud. crimin. con-
h) C. C. art. 31. HER- fess. m. 9. 10.
TIVS R. 89, LYNCKE-
RI d. de nomin. socii cri- k) C. C. art. 32.

Ficta denique probationis mox semiplena mox semiplena maioris vim habere dicitur.

§. CLXIII.

Cautiones
iudicis.

Iudicis est (1) cauere, ut legitimam habeat confessionem, quam (a) per *suggestionem* extorsit l), aut (b) *elicuit* cum reo uel ipse uel per alios amicum colloquium instituens tempore, quo post parietem notarium & testes posuit, eosque quæuis uerba rei, hæc omnia nescientis, annotare iussit m); (2) confessione secuta (a) perpendere, constat de *corpore delicti* nec ne? militent contra confitentem *iudicia legitima*, annon? (b) inuestigare *ueritatem confessionis*, præsertim circumstantiarum, quas reus confessus retulit n). Hinc iudex debet *testes & socios* nominatos rogare, nec non nuntios eo mittere o), ubi uestigia delicti commissi superesse, aut instrumenta, quibus illud perpetratum est, latere significauit reus; (3) si aliud inuestigando deprehenderit ac reus dixit, hunc iterum, & quidem de *falso dicto* illiusque causa rogare p).

TIT.

l) STRYK de iure relig. iudicant. circ. reor. *suggestionis* c. 4. nr. 37. *confess.*

m) OLDEKOP *obs.* o) C. C. art. 54. *Kays*
crim. IV, 45. *ser pr. crim.* p. 293.

n) HEINECCIUS de p) C. C. art. 55.

TIT. XV.

DE

PROBATIONE CRIMINIS.

§. CLXIV.

Vbi reus uel omnia uel quaedam, de quibus suspectus & ad articulos inquisitionales rogatus est, negauit, omnem curam defigit iudex in eo conuincendo (§. LXXII, 7.) q), reus autem in se defendendo, uel testibus uel instrumentis uel iudiciis *. Neuter ad apices ciuilibus processus adstrictus est. Neutri peremptorius terminus positus est, examinis instituendi & deducendae innocentiae intuitu r). Illud singulare duco, quod (1) eo fortior debeat esse probatio criminis, quo maior poena inde metuenda s), atque (2) probatio criminis clarior requiratur ac probatio innocentiae.† De singulis conuincendi & innocentiam deducendi modis agamus sigillatim.

* Nam in probanda innocentia etiam inproba facta admittitur probatio prolegne, sicut agatur in iudicio.

* Olim etiam uarii modi erant, quibus reus conuinci, illiusue innocentia probari poterat. Ad illos iudicium diuinum, iudicium humanum & purgationem adhibitis septem testibus factam refert 2. f. 27. §. 3. his uero annumerat reformatio iudicii Limburgensis den wahren Schub, den gichtigen Mund & denique Leimuth. i. e. notorietatem ex

Aa 5 MEM- fama publica ortam.

q) C. C. art. 62. c. VI. §. 17.
r) BRUNNEMANN s) Auctor caus. crim.
c. l. c. VIII. m. 2. nr. 84. min. dub. 37.
LUDOVICI Peinl. Pr.

MEMBRUM I.
DE
TESTIBVS ET PROBATIONE
QVAE PER EOS INSTI-
TVTIVR.

§. CLXV.

Testis

Testis hic nobis est persona fidem iudici iurato faciens de crimine, quod reus negavit.

§. CLXVI.

Vnde fluunt axiomata:

- I. Testes oportet esse fide dignos &
- II. iuratos.
- III. Testes deponere debent de ipsa criminis substantia.

§. CLXVII.

debet esse
fide dignus.

Testes oportet esse fide dignos (§.pr. i.), seu eos, qui uolunt & possunt tempore, quo rogantur, uerum dicere. Vnde in atrocioribus* & leuioribus, manifestis & occultis criminibus (I) REPELLVNTVR (a) qui rem, de qua sermo est, plane *non intelligunt*, utpote furiosi, mente capti, infantes**, (b) qui *de falso dicendo* sunt suspecti, u. c. inimici capitales, criminosi t), infamia u) iuris laborantes aut illius facti, quod adhuc non emendarunt, ut testimonium uel dicerent uel non dicerent pecu-

*) III. LEYSER sp. CCLXXXIII, m. 31, seq. u) C. C. art. 66.

pecunia corrupti x), *** falsarii y); (2) FIDES VACILLARE uidetur eorum (a) qui testimonium ferendo lædunt reuerentiam z); (b) qui testes frangunt sigillum confessionis a). Confessionarii tamen de iis, quæ sibi in confessione non sunt reuelata, aut ante confessionem in notitiam uenerunt, testimonium ferentis fides uacillat minime; (c) qui sensa animi satis exprimere nequeunt, ut surdi, muti &c. (d) qui reo sunt ignoti, nisi producens eos probos fideque dignos probauerit b).

+ *Leyes, qui propter detrimētum, quod intuitu facili- tatis suæ per testimonium non possunt ad rem ueritatis non accipere hinc non partent.*

* Quod in crimine læsæ maiestatis testes inhabiles reum conuincant plene, statuunt Dd. BEVER ad art. 62. seq. *post* 27. sed sine ratione (S. CLXIV, 1.).

** Nec maiores facti de iis, quæ in infantia uiderunt aut audiuerunt, testimonium ferre possunt. Quod ad *pueros* autem, cum Ill. LEYSERO sp. CCLXXXIII. m. 4. eandem profiteor sententiam, scilicet de testimonio puerorum pro diuersitate circumstantiarum diuersimode iudicandum esse, quoniam quantum eorum fidei imbecillitas iudicii & facilitas detrahit, tantum addit innocentia & illibatus animi candor.

+ *quo gra- uis est de- bet esse probatio.*

*** De fide testis contra corruptorem deponentis agunt MYSINGER cent. 6. obs. 67. VOLCKMAR de testibus cent. 5. conclus. 44.

§. CLXVIII.

- | | |
|--|-------------------------------------|
| x) C. C. art. 64. | a) Ill. LEYSER sp. CCLXXXIV. m. 2. |
| y) ibid. art. 68. | BEIER de sigill. conf. c. 3. §. 58. |
| z) BLUMBLACHER ad art. 23. BERGER suppl. ad El. p. II. obs. 175. p. 459. | b) C. C. art. 63: |

§. CLXVIII.

Num
falis fit
denuntia-
tor
*Sola igitur
denuntiatio
eum inhabilem non reddit.*

An *denuntiator* qua testis habilis fit ad-
mittendus? quæritur. Eum admittendum
esse putarem, cuius fidei præter denun-
tiationem neque deficiens intellectus ne-
que suspicio falsi neque aliud quid obstat.

§. CLXIX.

locus cri-
minis &

+ *Nominatio
nem enim
socii crimi-
nis præcipue
sub tortura
acta, si mulier
fieri debet
proben potest
laesus?*

Socius criminis, qui ab inimicitia, ran-
core & protervia alienus, sponte, licet *ex-
tra tormenta c)*, contra illum, qui iam su-
spectus criminis, tulit testimonium, illis
circumstantiis additis, quas veras depre-
hendit iudex inquirens *d)*, uix potest re-
iici *e)*.

§. CLXX.

+ *si ne quis
patinet esse
falsus de ab omni
qual juro autem
debet, si l. maxime*

+ *Ad articu-
los proba-
toriales
quæ
obstetrix facta, jure vid.*

Multo minus reiiciendus erit *laesus*,
præsertim *moribundus*, qui certas dicti
sui causas prodidit, proditasque uel iu-
ramento uel morte confirmavit *f)*.

§. CLXXI.

Iudex crimen per testes probaturus de-
bet (1) ea capita, quæ reus negavit, hic
uel

c) HOFFMANN *an de quæst. c. 2. nr. 56. seq.*
nominatio socii crimi- MEINDERS *de iudic.*
nis sub tortura fieri centen. p. 100.
debeat. f) KLEIN *de in- &*
d) C. C. art. 31. DIE- ex - culpatione moribun-
BOLD *de indic. c. 2. §. 3.* di. STRYK *de effatis*
e) HORN *Cl. XV. agonizantium.*
Resp. 101. ZANGER

uel ille testis autem summarie deponens adfirmavit, in *articulos probatorias* digerere. Hi per modum interrogationis, clare, rotunde ac ita sunt concipiendi, ut singuli singulas circumstantias contineant; (2) articulis crimen ipsum, quod reus negavit, concernentibus *generales* alios præmittere, quibus exploret cuiusque testis nomen, ætatem, electum vitæ genus &c. g).

§. CLXXII.

Ad hos articulos ipse * debet testes ^{iudex rogat} *examinare* b), ideoque (3) eos conuocare, ^{testes} prout opus est, uel compulsorialibus uel requisitorialibus literis z), nec non (4) ut compareant carcerem aut uim metuentes, saluos ducere k); (5) omnibus *uecturæ & uictus mercedem* suppeditare l).

* Notario rem committere periculosum est, MYLIVS ad BEYER. p. 128. pos. 50. Iudici uero domicili, qui testem sistere non uult, transmittendi sunt articuli, iuncto petito, uelit ad hos nominatum rogare, ac rogati responsa in rotulum fide dignum redigere. Kayser *pr. crim.* p. 1. p. m. 333.

§. CLXXIII.

g) BRUNNEMANN *process. inquis* VIII, 2, 53. seq. *Sammov. Crim. Instruct.* c. 8. §. 7.
b) C. C. C. art. 71.
z) *Ibid.*, art. 72.

k) *Ib.* art. 76.
l) *Ib.* art. 75. BEYER ad art. 62. seq. pos. 19. seq. & MYLIVS ad *Eund.* pos. 57.

§. CLXXIII.

solemniter
&

Testes ubi comparent, sint clerici an laici, iudex præsentibus scabinis & actuario *m)* (§. CXXII, 1.) debet eos (5) ad uerum dicendum *iureiurando* adstringere *n)* (CLXVI, 2.), & (6) postea unumquemque *seorsim o)* ad articulos probatorias rogare, atque (7) a rogatorum quolibet *categoricam responsionem* exigere *p)*, (8) sibi subiectos in respondendo *contumaces*, multa, carcere, & in causis grauioribus, tortura * *q)* cogere **; (9) respondentium *frontem & dicta* probe attendere *r)*, nec (10) *scriptæ depositioni* fidem habere.

* Scilicet, ubi (1) delicti atrocioris (2) ueritas aliter haberi nequit, & (3) testis uilioris conditionis est, atque (4) de illius dolo ex actis constat aperte. V. TENZEL d. de tortura testium. c. 3.

** Vbi ueritas aliter haberi nequit, cogit & illos, qui alias a testimonio ferendo sunt immunes. Ill. LEYSER sp. 283. m. 22. nunquam tamen eum, qui testimonium dicere nequit sine prodicione propriæ turpitudinis. BEYER ad C. C. p. 126. pol. 43. aut sine uiolatione fidei, quam uel iubente uel permittente lege dedit. WILLENBERG de compulsionem testium ad dicendum testimonium §. 24.

§. CLXXIV.

- | | |
|------------------------------------|---------------------------------|
| <i>m)</i> C. C. art. 71. | c. l. nr. 66. seq. |
| <i>n)</i> Capit. V, 207. | <i>q)</i> MYLIVS c. l. pol. 51. |
| <i>o)</i> CLASEN ad C. C. art. 65. | <i>r)</i> C. C. art. 71. KRESS. |
| <i>p)</i> BRUNNEMANN | ad art. 72. §. 2. |

§. CLXXIV.

Caueat iudex (1) ut *iusiurandum* re-
mittat s) huic uel illi testi uariis priuile-
giis munito, aut (2) longe post deponitio-
nem exigat; (3) ut testes *examinet* per
solum Notarium t), aut (4) cateruatim;
(5) ut admittat *responsa* testium *dubia* &c.

§. CLXXV.

Actuarii est, notare (1) qui *testes*, a Actuarii of-
ficium. quo & quomodo fuerint *citati*; (2) quan-
do *comparuerint*; (3) ad quos *articulos*
rogati responderint; (4) quæ *uerba* quis-
que respondentium protulerit (§.XXXII.),
& sub quibus *gestibus*.

§. CLXXVI.

Quibus processus accusatorius & in- Differentie
proc. accu-
sat. & in-
quis. circa
examen te-
stium. quisitorius circa probationem per testes
suscipiendam inter se differunt, hæc sunt:
(1) in illo accusator, in hoc iudex *conci-
pit* articulos probatoriales, (2) qui accu-
sato ubique, inquisito autem quibusdam
tantum in locis u), communicantur ad
dandum *interrogatoria*; (3) in accusato-
rio ubique, in inquisitorio autem pro-
cessu

s) BRUNNEMANN u) KRESS ad C. C.
I. E. III, 4. 13. artic. 70. §. 2. * 2.
t) LEYSER sp. 283. BRUNNEMANN de in-
m. 36. MARTINI ad O. *quisitionis processu* c. 2,
P. S. tit. 20. §. 3. m. 2. §. 52.

cessu paucis in locis *x*), testes *præsente reo* iureiurando adstringuntur, atque (4) in illo, nequam uero in hoc, testium dicta in solemnem *rotulum* rediguntur, publicantur, & *disputationi* partium subiiciuntur *y*), nisi in locis, quibus fiscalis soler constitui *z*).

§. CLXXVII.

An examini
extraordi-
nario detur
locus?

Extraordinarium testium examen non admittitur, nisi (a) ad instruendam inquisitionem generalem, uel (b) ad reum defendendum *a*).

§. CLXXVIII.

Probatio
per testes
plena,

Ubi (1) duo minimum * testes (§. CLXV.), (2) iique classici (§. CLXVII.), (3) ad rogationem iudicis legitimam (§. CLXXIII.), (4) certi delicti auctorem (5) ex sufficienti ratione scientiæ nominarunt: *plena probatio* adesse dicitur *b*).

* Olim ad reum conuincendum septem testes requirebantur. Vnde natus est mos des bestiebneß EBELING *de prouocat. ad iudic. Dei* p. 11. qui saepe in causa fuit, ut impunita manerent scelera.

§. CLXXIX.

femiplena,

Contra *femiplena* tantum adest probatio, ubi præuia rogatione iudicis ex sufficiente

x) *Занноу. Crimin.* art. 73. §. 6.

Instr. c. 8. §. 9. OLDEKOP dec. quæst. 4.

y) C. C. art. 73. 151. sq.

z) KRESS ad C. C.

a) III. BOEHMER I. E. P. II, 6, 10.

b) C. C. art. 67.

ciente ratione (1) unicus tantum testis, omni exceptione maior rem criminalem (§. CLXVI, 3.) adfirmavit c), aut (2) duo testes habiles uel (3) quatuor inhabiles d) proximum (§. CI. seq.) probarunt indicium e). Vbi testes indicia probaturi *singulares* sunt, uidendum est: num eorum uerbis *singularitas obstatiua*, ut communis schola loquitur, an *adminiculatiua** infit? quoniam *illa*, non *hæc*, tollit uim femiplenæ probationis.

* De *singularitate subalterna* seu *diuersificatiua* quæ notanda sunt, tradunt FARINACIUS *pr. cr.* q. 64. CLASEN ad C. C. art. 66. p. m. 225.

§. CLXXX.

Denique aliis adminiculis deficientibus, nulla plane fides habenda est testi, qui (1) de credulitate f), (2) ex sensu alius g), (3) generaliter & uage, aut (4) sine ulla ratione deposuit. Dictum, non quidem sine omni, attamen sine sufficienti, ratione prolatum, tunc demum attenditur, ubi ad alia indicia, quæ iam probata sunt, tanquam adminicula annititur.

nulla.

Engau Ius Crimin. B b §. CLXXXI.

c) C. C. art. 23.

f) CARPZOV *proc.*

d) LEYSER d. de ex-
traiud. crim. confess. pag.

crim. q. 114. nr. 59.

13.

g) STRYK *de iur.*

e) C. C. art 30.

sens. diff. 3. c. 3. nr. 38.

§. CLXXXI.

Singularia
probationis
innocentiæ.

Quia probatio criminis clarior requiritur, atque probatio innocentiae (§. CLXIV, 2): constabit de causa (1) cur unicus testis classicus plenam *b)*, & (2) testes de credulitate, de auditu, alique, quorum fides uacillare uidetur, aliqualem *i)* fidem faciant, ubi pro reo deposuerunt, atque (3) cur contra reum iure non admittantur testes suspecti in criminibus, quorum ueritas aliter haberi nequit *k)*.

MEMBRUM II.

DE

PROBATIONE CRIMINUM
PER INSTRUMENTA.

§. CLXXXII.

Literæ, per
quas deli-
ctum com-
missum est,
&

Delicta, quæ *per scripturam* sunt commissa, hac plene probantur *l)*. Sic (a) literæ, quibus quis hostem patriæ confilio iuuuit, proditorem & proditorem, (b) literæ ad priuatum missæ, quibus quis scientiam perduellionis ab alio committendæ

b) FARINACIUS q. 63. nr. 42. seq. CLASEN ad art. 66. p. m. 226.

i) ID. q. 68. nr. 79. sq. GRANZ *de defens.* c. 2. m. 4. sect. 2. nr. 201. seq.

k) BEYER *ad C. C.* art. 62. seq. pos. 10.

l) LUDOVICI *proc. crim.* c. VI. §. 5. REINHARTH *d. de eo, quod circa probat. delicti per documenta iustum est.*

tendæ profitetur, societatem criminis, & (c) literæ, quas quis falsas fecit in præiudicium tertii, falsum satis innuunt &c.

§. CLXXXIII.

Literæ crimen aliquod adhuc *peragen-* quæ crimen peragen-
dum loquentes, attentatum plene, con peragen-
summatum semiplene probant. Huc dum, aut
pertinent literæ, quibus quis alteri man-
davit, consuluit &c. homicidium aut
aliud crimen committendum.

§. CLXXXIV.

Literæ, quibus quis *gloriatu*s est, se hoc peractum
vel illud crimen *patrasse*, idem operan- loquuntur,
tur, quod confessio extraiudicialis.

§. CLXXXV.

Nullæ autem probant literæ, nisi quas recogno-
ab inquisito conditas cognouit iudex. scendæ aut
Cognoscit autem plene ex *recognitione*,
quam reus fecit, & semiplene, uel ex re-
cognitione a testibus facta, uel ex *com-*
paratione literarum m) caute instituta *n)*.

§. CLXXXVI.

Nimirum iudex debet (1) ad compa- cum aliis
randum eligere scripturam, quam a reo compa-
prouenisse certum est, (2) accersere duos randæ sunt.
in arte scribendi *peritos*, eosque (3) *iure-*
B b 2 *iuran-*

m) BERGER *El. Iur.* *n)* ZVBRODII d. de
Cr. suppl. p. II. obs. 92, *comparatione literarum.*
p. 262.

iurando adstringere ad singulos ductus literarum authenticarum & dubiarum fideliter inter se *comparandos*, & quid sibi uideatur, ad acta referendum.

MEMBRUM III.

DE

PROBATIONE CRIMINUM
PER INDICIA.

§. CLXXXVII.

Indicia probant, ubi

Pro uaria indiciorum qualitate uariat probatio criminis per ea instituta. Nam indicia *uiolenta* ac indubitata plene, *proximorum* uero singula (§. Cl. seq.), ubi sunt qualificata, semiplene probant. Horum numerus non est exiguus. Equidem præter ea, quæ suppeditat Nemesis Carolina, pauca tantum dabo. Omnia enim recensere, nec lubet, nec licet.

§. CLXXXVIII.

per duos testes sunt probata.

Illud primum sentias uelim, quod indicia *uiolenta* æque ac proxima suam probationem (§. pr.) non efficiant, nisi firmata sint. uel documentis recognitis, uel confessione rei coram iudice facta, uel per *duos testes* omni exceptione maiores (§. CLXXIX, 2.) o),

§. CLXXXIX.

o) C. C. art. 23. §. 1.

§. CLXXXIX.

Semiplena *rapinae* uel *furti* probatio ^{Quanam} militare dicitur (1) contra eum, qui res ^{indicia se-} alteri raptas, uel furto surreptas ^{miplene} possidet, ^{probent} aut possidere desiit, nec bonam fidem iu- ^{furtum &} stumque *titulum* laudare potest p) (§. CI, ^{rapinam,} 3.). Hæc probatio *eliditur* ab eo, qui (a) rem in foro aut quum ostiatim per urbem circumferretur, emtam, uel (b) in domo quidem sua, non autem possessione, deprehensam (§. CII, a.) q) probat; *imminuitur* uero ab illo, qui (a) se hominem bonæ frugis & bonæ famæ r), aut (b) indicium non satis probatum (§. pr.) esse demonstrat.

§. CXC.

Eadem fere probatio s) pugnat (2) contra *militiæ desertores* t) & *zygenos* u), qui ex syluis uel aliis locis minus tutis, quo frequentius discursitant (§. XCVII, 5.), redeuntes in cauponis publicis laute uiuunt, nec, unde sumtus ferant, docere possunt (§. CI, 2.).

B b 3

§. CXCI.

p) C. C. art. 38. 43. s) C. C. art. 39.
 §. I. t) R. I. 1577. art. 26.
 q) I. P. S. II, 35. CLA- FRITTSCH *de ualidis*
 SEN ad art. 58. p. *mendicant.* c. 8. 12.
 m. 196. u) ID. tr. *de Zygeno-*
 r) MYLIVS ad BEY- *rum origine uita & mo-*
 ERVM p. 84. pos. 22. *ribus.*



§. CXCI.

violentum
furtum,

Violenti furti probatio semiplena contra eum militat, quem circa ædes, ex quibus effractis res sunt furto surreptæ, aliqui uiderunt instructum ab instrumentis istius generis, quibus effractio facta uidetur, *x*), præsertim, si iam antea uitam male egerit *y*).

§. CXCII.

homici-
dium oc-
cultum &

Reus *homicidii* semiplene probatus uidetur, (1) quem eo tempore *z*) & loco *a*), quo homo necatus est, indutum uestibus & armis sanguine conspersis *b*), duo testes deprehenderunt (§. CLXXXVIII.). Quam tamen probationem eneruat reus, docens (a) gladium sibi ab alio ereptum & post redditum, (b) aliunde quam ex hominis occisione maculatum esse; (c) sanguinem sibi e naribus in uestes profluxisse, (d) se, dum conaretur auxilium uulnerato ferre, sanguine pollutum esse *c*).

§. CXCIII.

Idem dicendum est (2) de eo, qui res, quas occisus, dum impeteretur, secum habuit, possidet aut possidere desinit (§. CIII, 5.),

x) C. C. art. 43. §. 2.*a*) KRESS. ad art. 33.*y*) C. C. c. l. ibique

§. 2. nr. 2.

MANZIVS.

b) C. C. art. 33.*z*) BLANCVS de in-
diciis nr. 53. sq. nr. 297.*c*) CLASEN ad c. a
p. m. 144.

CIII, 5.). nec iustum titulum, quo acqui-
fuerit eam, laudare potest d). Huius
probationis vires debilitat reus, docens
(a) rem, de qua iam quæstio est, ab occiso
in sua *domo* relictam fuisse, seque (b) eam
ab hoc uel illo *emisse*.

§. CXCIV.

Qui in turba *præsens* ea arma letifera in rixa
strinxit, & *sanguine conspersa* retulit, quæ ^{commissum,}
letali respondent uulneri: illum homi-
cidii in turba commissi reum esse semi-
plena loquitur probatio e). Quam ta-
men quodammodo elidit, probans (a) plu-
res eiusdem generis arma strinxisse; (b) se
gladium cum alio commutasse; (c) tan-
tum abesse, ut occiso *inimicus* fuerit, ut
potius eum nunquam nouerit.

§. CXCV.

Femina, cuius (1) *uterus* solito maior ^{infantici;}
subito decreuit, (2) *facies* pallida secuta ^{dium;}
est vires corporis debilitatas, (3) *mammæ*
lac iustæ crassitie & albedinis continent
f), ac (4) *uulua* ob certa *signa* partum
enixa uidetur duabus g) obstetricibus*,
hanc uidentibus & tangentibus h), pepe-
risset, & partum, qui non extat, occidisset

Bb 4

credi-

d) C. C. art. 33.

e) C. C. art. 34.

f) *Ib.* art. 36.g) BLUMBLACHER
ad c. art. p. m. III.h) MULLER d. de
uul. prægn. c. 10. §. 9.

creditur adeo, ut femiplena probatio contra eam militet *i*). Cui neruum suum subtrahere potest, docens (a) ex alia causa creuisse & decreuisse *uterum*, (b) *aquam subdulcem* non lac, & (c) si hoc, tamen ex sola *mensum* suppressione, in mammis fuisse; (d) *inspectionem* uel a cæcis uel ab iniuratis obstetricibus factam, aut (e) sine certis *signis* partus editi relatam esse; (f) se *molam* tantum uel grumam sanguinis edidisse *k*).

* Quanta fides obstetricum relationi habenda sit, disquirat STRYK *de I. sens. diff. I. c. I. nr. 45. seq. & c. 2. nr. 35. seq.*

§. CXCVI.

Matri, partum necatum suum esse agnoscanti, sed eum sine uita natum, aut propterea, quod ex utero in terram citra spem & opinionem ceciderit, interentum esse, excipienti, ubi studio celauit uterum, clam peperit & natum occultauit *l*), nulla fides habetur, si uel maxime adferat, (a) sibi nullum lac in mammis ante partum fuisse *m*), (b) se cecidisse, (c) magno *onere* suppressam, uel (d) *ligno*, lapide &c. contusam esse *n*).

§. CXCVII.

i) C. C. art. 35.

m) LYNCKER *re-*

k) LYNCKER *decif. fol. 524.*

1388.

n) IDEM *resol. 181.*

l) C. C. art. 131.

§. CXCVII.

Si quis ex ueneno propinato mortuus, ^{ueneficiunt,} huius delicti reum femiplene probatum Nemesis habet illum, qui sine iusta & probabili causa emit aut præparauit speciem materiæ uenenosæ, quam medici deprehenderunt in necati cadauere. Idque eo magis statuit, si suspectus iam olim nequam, aut necato ad caput usque inimicus fuerit, aut ex illius discessu magnum potuerit sperare commodum *o*). Vnde ad intelligendum est facile, modo dictæ probationis uim quodammodo imminui excipiendo, suspectum (a) uenum emisse uel præparasse ad tollenda nociua animalcula, (b) necato amicum fuisse, (c) ingens pecuniæ damnum ex hac nece sentire *p*).

§. CXCVIII.

(1) Improbus homo, qui (2) igneas fa- ^{incendium,} ces, uel alia quæ in ædes immitti, immissa uero incendium efficere possunt, emit aut præparauit, (3) iisque instructus clam comparuit (4) in loco, ubi paulo post incendium ortum est: femiplene conuictus habetur *incendiarius q*), idque eo magis, si (5) inimicus est ei, cui damnum incendio datum est, aut (6) uerbis, lite-

B b 5 ris

o) C. C. art. 37.

§. 1. nr. 2.

p) KRESS ad c. art.*q*) C. C. C. art. 41.

ris diffidatoris uel alio modo minas incendii paulo ante sparfit *r*). Has praesumptiones elidit, qui se hominem frugi ignem ad usum licitum excitasse docet.

§. CXCIX.

proditi-
nem,

Qui (1) amicitiam cum hoste contractam, quam dissimulant, suspecto loco modo & tempore colunt; itidem (2) qui, cum hostes commercium literarium habentes, ignotis utuntur characteribus: habentur *proditores s*). Sola uero literarum hostis acceptatio commercium, & ex hoc diiudicandam proditionem, uix significat. *t*).

§. CC.

magiam,

Carolus *magiae*, quam existere credit, reum habet *u*) illum, (1) qui artes magicas *didicisse gloriatur*, aut (2) *docet* alios; (3) qui fascinationes paulo post ortas *minatus* (§. XCVII, 9.), aut (4) libris magicis, carminibus uel gestibus insolitis usus est *x*). Fuerunt quoque, qui ex defectu *lacrymarum y*), furore tactum subsecuto *z*),
decal.

r) ZANGER de quaestion. c. 2. nr. 69. LVBLEER de incend. c. 3. nr. 17. 23.

s) C. C. art. 42.

t) COCCETTI de fallac. crimin. indic. §. 21.

u) C. C. art. 44.

x) MEIER de iudiciis in crimine magiae quod ad torturam reprobatis & approbatis.

y) HERT lib. I. par. 113.

z) KRESS ad c. 2, §. 13.

decaluatione in partibus pudendis &c. magiam collegerunt. Ast hæc aliaque indicia, quæ fiſtunt CARPZOV *a*), CRVSIVS *b*) aliique, nulla fide digna ſunt *c*). Sic quoque per *aquam frigidam* ſagas explorari non poſſe, certum eſt *d*).

§. CCI.

Falſi circa monetam commiſſi ſemiplene conuiſtus dicitur, qui una cum falſis numis instrumenta ad eos cudendos idonea poſſedit, præſertim ſi eum malis nocturno tempore utentem cognoverint teſtes fide digni.

§. CCII.

Sic quoque modo huius modo illius commiſſi criminis auctorem ſemiplene probant indicia remota qualificata (§. XCVII.), ubi plura ſunt. Vnde Carolus V. ſtatuit pugnare ſemiplenam probationem commiſſi criminis contra illum (1) qui ſuſpecto modo uiſus eſt in loco delicti, ibique res ſuas dereliquit *e*) *; (2) quem præter nominationem a ſocio criminis conuiſto ſponte, intrepide & ſine ullo

a) *pr. crim.* q. 49.

b) *de indiciis* p. II. c. 32.

c) THOMASIVS d.

de crim. mag. §. 50. ſeq.

WERNHER d. *de ce-*

rebr. certitud. corp. del.

§. 21. ſeq. BODINI d. *de*

fallacibus indiciis magiæ.

d) BERGER E. I. C.

ſuppl. p. II. obf. 138.

e) C. C. art. 29.



ullo rancore factam **, nec reuocatam (¶. CLXIX.), alia grauant indicia f).

* Huius probationis uis corrui, si inculpatus probet (a) se rem in loco delicti inuentam uel nunquam uel una cum aliis possedisse, aut (b) eam, quam solus possedit, longe ante delictum commissum uendidisse, uiolenter amisisse &c. (¶. XCVIII.), (c) se tempore delicti commissi uitam alibi degisse.

** Ut sit facta sub tormentis aut doloribus partus, non requirit Nemesis (¶. CLXIX.).

TIT. XVI.

DE

CONFRONTATIONE.

§. CCIII.

Confrontationem,
quæ

Confrontatio est duorum, qui de facto, aut huius circumstantiis discrepant, commissio *.

* Quia frons mali consciam mentem sæpe prodit: confrontatio non potest non (a) facere ad indagandam ueritatem criminis pariter ac innocentiae; (b) respuere committendorum procuratores.

§. CCIV.

triplex est,

Triplex esse dicitur. Committi enim queunt (1) *testes inter se g*), (2) *inquisiti inter se*, (3) *testes cum inquisito* *.

* Actus quo iudex reum subiicit oculis testium, qui illum delicti commissi tempore quod ad personam, non uero nomen cognouerunt, caute susci-

f) C. C. art. 31. pr. rer. crim. c. 47. nr.
g) DAMHOVDER 3.

fufcipiendus est BRUNNEMANN *pr. inq. c. VIII. m. 2. nr. 99. OLDEKOP obf. crim. tit. 4. obf. 4. & audit recognitio non confrontatio*. Illa tamen cum hac coniungi potest, & quandoque coniungitur utiliffime.

§. CCV.

Quævis confrontatio utilis est. Facit e-utilem ha-
nim ad indagandam ueritatem (§. CCIII.), beo.
atque fieri potest (1) ut, dum testes inter
fe committuntur, si non omnis, tamen ob-
ftatiua, eorum ceflet *singularitas*; (2) ut
reus, quocum correus aut testes commit-
tuntur, uel crimen confiteatur, uel uario
fermone, gestibus &c. fe de eo *fufpectum*
reddat magis magisque.

* Sunt, qui difsentiant & confrontationem plane
reprobendam cenfent Dd. Eorum tamen *alii* pa-
ralogysmis utuntur, *alii* illud tantum probant,
quod uir honeftus, legitimis indiciis commiffi
criminis nondum grauatus, neutra onerari debeat.
TABOR *disp. I. §. 32. p. m. 23. & disp. IV. §. 2.
feq. p. m. 98.*

§. CCVI.

De fecunda & tertia confrontationis De ea no-
specie (§. CCIV, 2. 3.) hæc notanda acci-
tatu digna.
pe: (1) neutri locum efle, ubi *semiplena*
probatio deficit b), aut iam elifa est *i)*;
(2) utraque illius, cum quo, qua reo, com-
mittun-

b) MEVIUS p. III. *i)* TABOR *de confront.*
dec. 73. d. I. §. 19.

mittuntur alii, fugillari famam, & sic (3) pro ea auertenda dari defensionem (§. CXVII, 2.) l).

§. CCVII.

Iudicis
&

Iudex reum, contra quem ea pugnant, quæ semiplenam efficiunt probationem (§. pr. 1.), debet (1) grauissime monere de ueritate dicenda, & (2) in negando persistentem cum uno teste post alterum *m*) ita committere, ut (a) unumquemque testium *, cui dicta sua prælegit, & uim iurisiurandi præstiti suggessit, roget: num uera dixerit *n*)? & (b) hæc adfirmantem iubeat eadem in faciem rei dicere *o*); porro (c) reum respondentem, testem replicantem ac reum duplicantem audiat, nec non (d) ex utriusque uultu, loquela &c. animum loquentis & ueritatem dictorum iudicet *p*), (e) testem uariantem tormentis subiiciat *q*) &c.

* Testes, qui reo debent reuerentiam, inuiti cum hoc nequeunt committi, T A B O R *de confront. disp. I. §. 33.*

§. CCVIII.

- l) L V D O V I C I *pr. p. m. 364. crim. c. VII. §. 3.* o) T A B O R *c. l. disp.*
 m) G R A N Z *de def. II. §. 6*
 veor. p. I. p. 574. M I - p) L V D O V I C I *c. l. CHAELIS tr. de inquis. §. 8.*
 crim. c. 19. q) T A B O R. *c. l. disp.*
 n) B a y s e r *pr. crim. IV. c. 5. p. 127.*

§. CCVIII.

Actuarii est (1) iudicis *interrogationes*, Actuarii of-
(2) rei & cuiusque testis commissi *gestus*, ficium.
ac (3) utriusque partis *dicta*, uti prolata
sunt, notare.

§. CCIX.

Actu confrontationis ad finem perdu- Confron-
cto, uidendum: sit crimen confessus, an tationis ef-
in eo negando perstiterit reus? *Illo casu* fectus.
condemnatur, quum hæc confessio plus
ualeat, quam spontanea; *hoc* autem, ubi
dicta testium & indicia contra se mili-
tantia elidere nequit, se de crimine pur-
gare debet.

TIT. XVII.

DE

DEFENSIONE QVA REVS
PROBATIONEM CRIMI-
NIS DESTRVERE

ET

CONFRONTATIONEM AVERTE-
RE CONTENDIT.

§. CCX.

Reus, cui ex probatione criminis (Tit. Defensio-
XV.) & confrontatione (§. CCVI) num
non exiguum imminet periculum, ab
utraque se defendere potest (§. CXVII.),
docens, deficere causam legitimam, cur
pro-

probationi habeatur fides, aut detur locus confrontationi.

§. CCXI.

favor.

Defensio, qua neruus probationis frangitur, & innocentia rei demonstratur, admodum priuilegiata est. Iudex enim debet (1) eam cuiuslibet delicti reo concedere, immo (2) superhabita tam criminis confessione *r*), quam defensionis renuntiatione, si quam reus fecerit *s*), ex officio defensorem, quandoque tamen iuratum *t*), constituere *u*), (4) huiusque laborem ex ærario compensare publico, ubi reo est magna pecuniæ penuria (§. CXVII, 5.) *x*); (4) constituto defensori dare locum cum reo colloquendi & acta perlustrandi (§. CXLV.); (5) conceptam defensionis formulam actis inferre, licet terminus, quem statuit peremptorium, præterlapsus fuerit (§. CXVII, 4. CXLIV, 1.); (6) testibus delictum negantibus eandem, immo maiorem fidem habere quam adfirmantibus, nisi illi negatiuam loco aut tempore coarctauerint; (7) te.

r) C.C. art. 57. BRVN-
NEMANN *de proc. inquis.*
c. 8. m. 3. nr. 9.

s) THOENNIKER
aduoc. prud. in foro cri-
min. c. 4. nr. 19. seq.

Diff. LEYSER d. *de odio*
defens.

t) C. C. art. 88.

u) KRESS ad art. 47.
§. 3.

x) *Ib.* art. 47.

(7) testes secundum quid inhabiles tanquam defensionales admittere &c. y).

§. CCXII.

Defensor non eodem semper modo procedere potest. Aliter enim ei de *nullitate processus* conquerendum, aliter de *delictum*, aliter *crimen* negandum est z). Quid defensori agendum sit,

§. CCXIII.

De *nullitate processus* conquerens, debet, si fieri potest, (1) fundamentum inquisitionis (§. LXXIII.) destruere, (2) excipere de delicto uix speciali inquisitione digno, de incompetencia iudicis (§. XLIV.), de defectu qualitaturn actuarii (§. XXXIII.), de absentia scabino- rum tempore, quo causa cognita est (§. XXXI, 4.), de illegitimo rei (§. CXXII. seq.) uel testium (§. CLXXIII.) examine, de callidis & spinosis quaestionibus, quibus testes turbati, de effatis testium non fideliter consignatis (§. CLXXV, 4.) a), de falso circa acta commisso &c. ubi con- queritur de nullitate processus,

§. CCXIV.

Defensor delictum negaturus (1) ex- ubi deli- ciat de *corpore delicti* deficiente, dubio & *certum*, aut incerto, non rite inuestigato (§. LXXVI. seq.) &c. de deficiente hoc uel illo, quod

Engau Ius Crimin. C c *leges*

y) THOENNIKER a) IDEM c. l. c. X. n. 8. c. l. c. XIII. nr. 10. GRANZ *defens. inquisit.*
z) IDEM c. l. n. 8. seq. c. 5. m. 2. lect. 3. art. 4.

leges ad essentiam delicti requirunt *b)*,
 contra (2) ubi de corpore delicti satis
 constat, in eo sit, ut uires probationis
 (§. CLXIV. CLXXVIII. seq.) contra reum
 susceptæ destruat (a) *testes* demonstrans
 inhabiles, inimicos, uel plane non uel
 non legitime iuratos *c)*, ex aliorum sen-
 sibus locutos, ex testimonio ferentes
 commodum *d)* &c. (b) *eorum dicta* ex
 iure, actis inquisitionalibus aut instru-
 mentis docens *e)* dubia, falsa, sine ratione
 prolata, reuocata &c. (c) *instrumenta*
 ostendens falsa, ab alio condita, sibi
 contraria, nihil certi inferentia *f)* &c.
 (d) unum *indicium*, post alterum negans
 esse proximum, legitimum, probatum &c.
 aut ubi hoc negare nequit, indicia for-
 tiora opponens iis. Denique (3) ex eo,
 quod reus (a) semper occasione & uiri-
 bus, quibus ad delictum, cuius accusatur,
 committendum opus est, destitutus
 fuerit, (b) tempore delicti commissi
 alibi degerit &c. illius probet innocen-
 tiam.

§. CCXV.

b) GRANZ c. l. c. 6. m.
 2. sect. 2. art. II.

c) THOENNIKER
 c. l. c. XIII. nr. 16.

d) GRANZ c. l. c. 5.
 m. 2. sect. 3. art. 5.

e) BOVRICIVS *ca-*
ptiuo s. enchir. defens. c.
 8. p. 171. seq.

f) HEIL *iud. & de-*
fens. c. 4. §. 41.

§. CCXV.

Defensor delictum concessurus, crimen nomen uero negaturus, (1) præmissa facti gaturus est. specie, quam claram & ingenuam sistere debet, (2) utatur illa regula iuris, qua omnis *presumptio doli* exclusiua dicitur; porro (3) demonstret defectum doli (a) probans, reum (a) uitam antea bene egisse g), nec (β) occupari affectu, qui ad committendum facinus, cuius postulatur, impellere solet b), (γ) nihil lucri, plus tamen damni ex commisso delicto sperare potuisse, atque (δ) post illud paratum, dormiuisse secure, nec (ε) fugam arripere uoluisse, sed in iudicio sponte comparuisse &c. (b) prætendens rei lubricam ætatem, furorem, summam ebrietatem i), summam iram, iustum dolorem k), altum somnum, coactam uoluntatem l), ignorantiam normæ diiudicandi (lib. I. §. XXXV. seq.), pœnitentiam cum retractatione facti illiciti coniunctam m) &c.

§. CCXVI.

Præterea quilibet defensor caueat, (1) Cautiones ut defensionem præcipitet; (2) ut cauiletur, defensoris.

C c 2

letur,

g) IDE. d. de usu attestator, in defens. inquis.

i) IDEM c. l. c. 6. m. 2. sect. 2. art. 6.

b) GRANZ c. l. c. 2. m. 4. sect. 1. nr. 136, seq. 148. seq.

k) ID. c. l. art. 4.

l) ID. c. l. art. 7. 8.

m) ID. c. l. art. 11.



letur, & negotium in dies differat; (3) ut a reo concessa neget; (4) ut, quæ probare nequit, adferat; (5) ut concipiat articulos defensionales, qui huc non pertinent; (6) ut producat testes, uel facti & innocentiae plane ignaros, uel reo aduersantes. Quodsi uero ipsum denuntiantem *n*), aut, qui ab huius stant partibus, testes producere satius esse putet, omnes de nouo iureiurando legitimo ad uerum dicendum adstringi petat.

§. CCXVII.

Defensio
pro auer-
tenda con-
frontatio-
ne.

A confrontatione se defensurus probet deficere causam legitimam, cur ea instituat (§. CCX.). Id quod probat, docens (a) delictum leue, nec speciali inquisitione dignum esse, (b) contra putatum reum nullam plane probationem criminis commissi militare, atque (c) testes, quibuscum committendus est, inhabiles, non iuratos &c. esse, & sic aliquid, neque probasse, neque committendo probare posse. Sic quoque (4) nobilis quo minus cum uilioris conditionis homine committatur, impedire potest *o*).

TIT.

n) THOENNIKER C.
l. c. X. nr. 6.

o) TABOR de con-
front. d. V, c. 1. §. 4. seq.

TIT. XVIII.

DE
PVRGATIONIBVS

speciatim
DE
MODO PVRGANDI PER ORDALIA.

§. CCXVIII.

Reus a crimine, cuius commissi indi-
ciis legitimis, quæ elidere nequit, Reus olim se purgabat
grauatus est, se purgare debet *p*). Id
quod faciebat olim, subeundo *ordalia*;
hodie uero illud facere debet, uel susti-
nendo *tormenta*, uel præstando *iusiuran-*
dum, prout scilicet femiplena, aut femi-
plena maior criminis probatio (Tit. XV.
seq.) non elisa (Tit. XVII.) contra eum
militat.

§. CCXIX.

Ordalia dicebantur iudicia Dei, quia per ordalia,
existimabant ueteres, deum ipsum quasi speciatim
ferre sententiam *q*). Hinc eum, cui
purgatio non cedebat bene, ac si crimen
confessus aut de eo conuictus esset, con-
demnabant.

Cc 3 §. CCXX.

p) L. Alam. XLIV. *q*) L. Burgund. XLIV.
LXXXIV. C. C. art. 6. Angl. XV.

§. CCXX.

per duel-
lum.

Inter ordalia omnium maxime notum est *r) duellum* (Lib. I. §. CCCXVIII.), quod a Gothis, Vandalis aliisque borealibus gentibus receperunt Longobardi *s)*, Franci, Alamanni *t)*, Saxones; probaverunt reges & sacerdotes *u)*; decreverunt iudices *x)*. Duellantes*, ubi statim die pedites gladio & clypeo, equites vero, *πανοπλία* equestri ornati comparuerant, & wadium dederant, eos de innocentia iuratos ante meridiem iudex mittebat in arenam sanctione penali munitam *y)*, ut ibi pugnarent, dum alter succumberet. Succumbens accusator habebatur calumniator, accusatus vero criminis confessus & convictus (§. pr.) *z)*.

* Etiam *feminae* ad duellum admittebantur. GERHARD *de iudicio duellico*. Per campionem comparere *infirmi, milites, monachi, canonici, clerici* &c. semper, reliqui vero tunc demum, si delictum, cuius redarguebantur, neque capitalis, neque corporalis poena manebat, poterant. EBELING c. I. §. 8. Huic, ubi de iustitia causæ prin-

r) EBELING *de pro-
noc. ad iudic. Dei* c. 3.
§. I. HEINECCIUS *El.*
Iur. Germ. lib. III. §. 239.
s) *L. Longob.* I, 9, 23.
& 15, 2.

t) c. leg.*u)* *Capit.* I. A. 707.
c. 20.*x)* EBELING c. I. §. 4.*y)* *I. P. S.* I, 63.*z)* *I. P. S.* II, 12.

principalis sui iurauerat, non nisi tonso duellum suscipere licebat, IDEM c. l. §. 9. seq.

§. CCXXI.

Qui per ualitudinem ipsi non poterant, ignem, & per campionem nolebant duellum suscipere, liberi igne, rustici uero aqua se purgabant a). Purgatio per ignem uario fiebat modo. Mox ferreas laminas, easque ignitas ferebant, mox igni b), aut chirothecæ ferreæ candenti immittebant dextram c), mox nudis pedibus super uomeris ignitos d) ibant, mox prunas sinu uel uestimenti lacinia e) excipiebant, mox per rogam accensum ibant f), accusati criminis. Ritus huius iudicii, quos uarii uarie persequuntur g), tacitus iam prætereo. Illud autem quin adducam nequeo, quod maiores nostri nocentem ha-

Cc 4 buerint

a) HINC MARVS Glosar. h. u. To. IV. p. REM. Tom. II. Opusc. m. 1366. pag. 543. DV FRESNE e) GREGOR. TV-
Gloss. u. ferrum candens RON. histor. Franc. II, To. II. p. m. 385. I. SCHOTTEL de sin-
gul. in G. iurib. c. 28.

b) L. Ripuar. XXX, 1. XXXI, 5. Cap. ad L. Sal. §. 21.

c) L. Longob. I, 10, 20. f) DELRIO disquis. mag. IV, 4. sect. 4.

c) SAXO GRAMM. hist. Dan. lib. X. g) SVENO ad L. Scan.

d) DV FRESNE VII, 15.



buerint hoc iudicio læsum, innocentem uero, qui illæsus abierat *b*).

§. CCXXII.

aquam fer- Iudicium *aquæ feruentis* * seu purga-
uentem uel tio per aquam calidam erat, quo de flagi-
tio suspectus nudum brachium in feruen-
tem aquam immittere cogebatur, nocens-
que habebatur, si illud integrum & illæ-
sum non extraheret *i*). Solemnia circa
hoc iudicium adhiberi solita eadem fere
fuerunt, quæ Germani circa ferrum can-
dens, & Iudæi circa aquam illam ama-
ram adhibuerunt *k*).

* Dicitur etiam iudicium AENEVM L. Sal. LV,
1. LXXVI, 2. & CALDARIAE L. Wisig. VI,
1, 3. L. Longob. I, 33, I. DV FRESNE Gloss.
To. I. p. 281. seq. quum aqua feruens ahenò
contineretur.

§. CCXXIII.

frigidam, Iudicium *aquæ frigidae* consistebat in eo,
quod homo uinculis constrictus, aut ue-
stibus imprecationum formula præparatis
indutus *l*) & in aquam proiectus, si mer-
geretur, innocens haberetur *m*). Hoc
iudi-

b) GERIKEN ad *k*) EBELING c. l. c.
SCHOTTELIVM c. c. V. §. 4. seq.
§. 7. *l*) HOFFMANN *obs.*
i) L. Longob. I, 19. 29. *Iur. Germ.* II, I. p. 162.
35. Capit. IV, 13. L. Frif. *m*) DV FRESNE h. u.
III, 6. XIV, 3. I. P. S. I, 39. To. I. p. 278.

judicium in explorandis sagis diutissime mansit *n*), sed summa cum iniuria *o*). Quis modus huius iudicii fuerit, docent SCHROETER *p*), EBELINGIUS *q*) aliique.

§. CCXXIV.

Iudicium *crucis*, quod apud Francos in ^{crucem,} primis frequentabatur *r*), postea uero reprobabatur *s*), in quo constiterit? disceptant Dd. Nonnulli statuunt, duas tesseras, alteram puram, alteram cruce signatam interuenisse; alii sortes manu cruci imposita iactas, alii duellum armis, quibus forma crucis fuisse, susceptum, alii crucis lignum in ignem coniectum, alii ramusculos cruce insignitos altari impositos esse putant *t*). Ego quidem crederem, maiores innocentem habuisse eum, qui expansis in crucis formam brachiis immobilis steterat, dum presbyter euangelium uel orationem dominicam recitauerat *u*).

Cc 5 §. CCXXV.

n) SCHROETER *de El. I. G. lib. III. §. lamiis c. VIII. §. 8. 233.*
CRYSIVS de indic. p. 5) Capit. I, 102.
II. c. 32. nr. 78. seq. t) DV FRESNE Gloss.
o) EBELING c. l. c. Tom. I. p. 1274. GER-
VI. §. 8. RICKEN ad SCHOT-
p) c. tr. p. 160. TEL. c. V. §. 3.
q) c. l. §. 3. u) EBELING c. l. §.
r) HEINECCIUS VII. §. 3. p. 91.



euchari-
stiam,

§. CCXXV.

Iudicio *eucharistiae*, quod Sec. IX. ad-
inuentum dicitur *x*), utebantur foli fere
sacerdotes, quibus iurare nefas uideba-
tur *y*).

corsned,
uel

§. CCXXVI.

Olim alicubi usu receptum erat iudi-
cium *offae*, uel panis adiurati, quod Angli
dixerunt *corsned*. *Offam* certis uerbis &
precibus adiurabant *z*), credentes, ea suf-
focatum iri nocentem reumque criminis,
cuius ante execrationem esset incusa-
tus *a*).

fortes.

§. CCXXVII.

Olim quidam germaniae populi, qui in
eo erant, ut explorarent auctorem com-
missi criminis, ducebant *fortes* uel in iu-
dicio uel ad altare *b*).

Vfus ho-
diernus.

§. CCXXVIII.

Hodie ordalia, quippe quae superstitio-
nem & abusum nominis diuini redolent,
praestigias diabolicas promouent, & inno-
centes

x) GERICKEN c. I. MANN *de iud. Dei* c. V.
c. VI. ECKART To. II. *de reb.*

y) DV FRESNE *Gloss.* Franc. *Orient.* p. 930.
To. II. p. 285. *a*) ID. c. I. To. I. p.

z) GERICKEN c. I. 1234. EBELING c. I.
c. VII. §. 5. BECH- c. IX.

b) *L. Frif.* XIV, 1. 2.

centes sæpe declarant nocentes c), uix adhibentur.

TIT. XIX.

DE TORMENTIS

ET

PVRGATIONE QVAE PER EA INSTITVITVR.

§. CCXXIX.

Vbi de corpore delicti liquido constat (§. LXXVI. seq.) d), is qui *semiplena maiorem* criminis commissi probationem contra se pugnans (§. CLXXIX. CLXXXIII. CLXXXVII.) elidere non potuit (§. CCXIV. seq.), sub tormentis de ueritate rogatur.

+ Plene conuictus qui deus, secundum dignitatem probationem contra crim. non est torturae subiectus, sed sine tortura condemnandus, attamen praesertim ubi, teste locorum praesertim conuictio nem quocumque Tormentorum alia non requirit.

MEMBRUM I.

DE

VARIIS TORMENTORVM GENERIBVS.

§. CCXXX.

Tormenta, seu instrumenta, quibus cruciantur rei, sunt uarii generis, quæ doctrinae causa diuidere licebit in ea, quæ a germanis *nunquam recepta*, ea, quæ a quibusdam recepta, mox uero *reprobata* sunt, & ea, quæ adhuc *probantur* hodie.

§. CCXXXI.

c) CAMERAR. hor. d) TABOR de tortura succif. p. I. c. 18. p. 74. ra c. 4.



§. CCXXXI.

sunt peregrina,

Ad ista pertinent: (1) feminæ a *mammis*, & masculi a *puendis* suspensio, (2) aquæ fœtidæ uel aceti in *os naresue* infusio *e*), (3) denegatio rerum ad *gustum* pertinentium *f*), (4) taurus æneus *lento igne* calescens, (5) monile *cuspidibus ferreis*, iisque *compernibus* munitum, (6) *uigiliæ* cum continua corporis *quassatione* coniunctæ *g*), (7) tormentum, quo *plantas pedum* uel *lentus ignis* excruciat, uel *nimio sale* delinitas *capra* lingit *b*), (8) tormentum, quo *mures* sub *uitro*, cui *ignis* superimponitur, rodunt *acromphalum* &c. *i*).

§. CCXXXII.

alia reprobata,

Ad illa pertinet (1) *scamnum* seu *eculeus*, in quo reus *manibus pedibusque* ligatus modo *extendebatur*, modo *suspendebatur* *k*)*, (2) *Pommerische Mûse* oder *Crank*,

e) STRYK *de iure* sens. diff. VI. c. 4. nr. 8.


f) ID. c. l. n. 5. ZACHIAS *quæst. med. legal.* lib. VI. tit. 2. qu. I. nr. 22.


g) BRUNNEMANN c. l. c. VIII. m. 5. nr. 46. OLDEKOP. *obseru. crim.* IV, 40.


b) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 37. nr. 8.


i) DOEPLER *Schauplatz der L. und L. Strafen* p. I. p. 261. seq.


k) GALLONIVS *de S. Martyrum cruciatus* p. 41. ECCARD *ad L. Sal. XLIII. 1.*











Crank, (3) der Lüneburgische Stuhl *l*), (4) der Hals-Kragen *m*).

• Ad illustrationem Fig. XII, notes: *A* significare reum in scamno extensum, *B* reum in scamno suspensum, *C* eculeum, *D* fascem uirgas continentem, *E* catastam, cui impositus est eculeus.

§. CCXXXIII.

Ad hæc denique referri debent (1) *in-* alia probata adhuc hodie. *der Daumen Stock* *n*). Fig. I. Consistit illud ex duabus laminis, quarum inferior plerumque aculeata est; (2) *fidicula*, Fig. II. a. b. ex se ta equina constructæ, die Leine, Schnüren, (3) *compedes Spanische Stiefeln*, Fig. III. a. b. quibus suræ comprimuntur. Hoc instrumentum consistit (a) ex lamina ferrea, quæ alibi crenata, alibi plana est, & (b) ex disco ligneo. (4) *scala*, Fig. IV. die Leiter, Fig. VI. g. in quam reus sursum trahitur; (5) *der gespickte Zase*, quod instrumentum, in media scala existens, tergum rei inforat, ubi reciprocatur; (6) *der Kolben*, Fig. V. f. quo membra rei expanduntur *, (7) *das Mecklenburgische Instrument*, Fig. VIII. a. b. siue *der Spanische Bock*, quo pollices & primi pedum digiti comprimuntur *o*); (8) *das Bambergische Instrument*, cui reus insidet

l) HEIL iud. & def. manuum & pœnis §. 75. p. 261. o) LYDOVICI Leitung zum Peinl. Proc. *m*) ID. c. l. p. 262. *n*) CRELL de iure p. 189. seq.

det pedibus manibusque alligatus, atque nudatus & incuruus flagro cæditur. Sex priora ubique fere regionum Germaniæ solent adplicari, duo autem posteriora in illis tantum locis, ubi speciali principis consensu sunt probata.

* Dum reus est expansus, quandoque in illius corpus nudatum iniiciuntur *sulphurata*, quibus ignis admotus est; quandoque *pinei cuneoli sub illius unguis missi accenduntur*, ut sic cutis aduratur.

§. CCXXXIV.

Horum gradus numerantur uarii.

Tormentorum adplicationis gradus alii 9, alii 7, alii 5, alii 3. numerant p). Ob quam disputationem hodie Icti ipsa tormenta adplicanda, non uero gradus eorum nominant, nec omnes utuntur phrasibus: *gelinder oder menschlicher Weise, ziemlicher massen, mit der Schärfe* &c. q) quæ omnino dubii significatus sunt.

MEMBRUM II.

DE TORTURA

§. CCXXXV.

Tortura

Tortura est iudicium, quo, qui grauitati criminis, cuius accusatur, & uindiciorum, quibus grauatus est, respondentia

p) HEIL iud. & de for. p. m. 949. seq. GRANZ
fens. c. V. §. 7. def. inquis. p. 588. nr.
q) BARTH hodeg. 541.

dentia tormenta sustinuit, se purgasse^{*} dicitur.

* Hoc a Romanis didicisse uidentur Wisigothi VI, 1, 2. Ostrogothi *Ed. Theod.* §. 100. & Franci *L. Sal. XLIII*, 1, 2. quorum hi & illi non temere alios quam seruos, isti uero quandoque etiam honestiores torquebant. Purgationibus superstitiosis post in exilium missis, nec ingenui a tortura fuerunt immunes. Id quod artibus & consiliis cleri adscribit THOMASIVS *ad ff. tit. de quæst. & d. de const. crim. §. 21.*

§. CCXXXIV.

Vnde hæc deriuo axiomata:

- I. Tortura est medium^{*} ueritatis eruendæ, idque
- II. subsidiarium.
- III. Iure is tantum torquetur, quem probatio semiplena maior prodit reum criminis, quod, ubi probatum est, uel capitalis uel corporis afflictiua pœna manet^{r)}.
- IV. Ea tormenta adplicanda sunt, quæ respondent atrocitati criminis & suspicionibus contra reum pugnantis legitimis.
- V. Qui legitima tormenta sustinuit, crimen & indicia quorum intuitu tortus est, purgasse dicitur.

* *Idoneum* sit, nec ne? inter Dd. non conuenit. Qui illud negant, statuunt (1) torturam pœnam esse, & (2) uaria operari pro uario patientis robore,

^{r)} HEIL a. l. §. 5.

robore, (3) barbarum esse, non conuictum ad confitendum cogere, & coacte confessum ueluti conuictum necare &c. Contra, qui adfirmatiuam tenent sententiam, dicunt, (1) usum ab abusu discernendum esse, (2) torturam probari Nemesi Carolina & omnium fere prouinciarum legibus, (3) torturam non esse pœnam, nisi pœnam contumaciæ dixeris, (4) aliud medium non suppetere &c. GRIBNER d. de repetit. torment. confesso inficiente. §. 1. seq.

§. CCXXXVII.

ad eruendam ueritatem

Ex primo (§. pr. 1.) intelligere potes (1) tormentis uix scæuiendum esse in eos, (a) qui *facta*, de quibus sermo est, *non intelligunt*, aut (b) eorum *memoriam exuerunt*, aut (c) ad rogata *nihil distincti uel perspicui respondere possunt*. Itaque furiosi s), melancholici t), senes gryllo obliuiosiores u) plane non, atque muri & surdi natura tales tunc demum, si adsint interpretes, illius signa probe intelligentes x), torqueri possunt.

§. CCXXXVIII.

ita, ut nullius animo uel corpori noceatur,

Ex eodem constat (3) cur non fit *nocendum* iis, quos decet confiteri. Hinc (a) tormentis uix possunt subiici, quorum *animo*

s) BOCER de *quest.* p. III. art. 9.
 & *tortur. reor.* c. IV. n. 9. seq. x) BOCER c. l. n. 13, p. 321. KRESS vom R. der Taub und Stumm gebohrnen c. 3. §. f.
 t) BRUNNEMANN c. l. c. VIII. m. 5. n. 33.
 u) Bayer. Malef. D.

animo uel *corpori* periculi quid inde imminet, u. c. obesi *y*), qui firmi non sunt corporis, senes decrepiti *z*), laborantes morbo comitiali *a*), feminæ prægnantes *b*) uel fluxu mensium adfectæ *c*); (b) cessante periculo damni, cessat immunitas. Itaque febris quartana laborans potest, cessante paroxysmo, torturæ subiici *d*).

* Dolo malo an citra eum, a marito an ab alio, longe an nouissime, conceperit, perinde est. STRVV *obs. crim.* c. 33. obs. 9. p. 163. BOGER c. 1. nr. 26.

§. CCXXXIX.

Ex eodem (§. CCXXXVI, 1.) denique pronò fuit alueo, (3) eum, qui tormenta determinaturus est, attendere debere delinquentis ætatem, robur & ualitudinem, ut ne iubeat (a) adplicari chiragrigo, den Daumenstock (§. CCXXXIII. 1.), & podagrigo, den Spanischen Stiefel (§. eod. 3.), (b) expandi in dorso, femoribus &c. *sau- Engau lus Crimin.* D d ciatum,

y) ALBERTI tr. de torturæ subiectis aptis & ineptis p. 44. seq.

z) BLVMLACHER ad C. C. art. 45.

a) CARPZOV *proc. crim.* qu. 118. nr. 46. BOEHMERI d. de eo quod iustum est circa tortur. ualitud. EYSEL de morbis, ob quos rei

ad torturam fiunt imba-

biles.
b) MULLERI d. de iure prægnant. c. 1V. §. 9. ALBERTI c. 1. p. 81.

c) ALBERTI c. 1. §. 11. p. 47.

d) GVAZZINI *defens.* 30. nr. 16.

ciatum, aut (e) herniosum grauius torqueri e).

§. CCXL.

in subsidi-
um adhi-
betur,

Vbi reus (1) per testes aut instrumen-
ta criminis *plene conuictus*, uel de eo suf-
ficienter & legitime *confessus* est, uel et-
iam (2) facile conuinci & ad confessio-
nem adigi potest: non dari locum tortu-
ræ f), nos docet secundum axioma
(§. CCXXXVI, 2.).

§. CCXLI.

ubi de cor-
pore atrocis
delicti con-
stat, ac

Ex tertio (§. CCXXXVI, 3.) discimus,
(1) non dari locum torturæ prius quam
satis constet de *delicti corpore g*); (2) ad
torturam uix sufficere *indicia* leuia, du-
bia &c. sed requiri concludentia, eaque
plene probata, nec elisa b); (3) *unicum*
testem, etiam si omni exceptione maior
tulerit testimonium suum de ipsa crimi-
nis substantia, solum non facere, ut reus
tormentis subiiciatur i); (4) de furto le-
gitime, & de homicidio leuiter sus-
pectum, non nisi de furto torqueri posse *;
(5) summa cum iniuria torqueri eum, qui
de illo crimine suspectus est, quod pœ-
na

e) LUDOVICI c. l. c. DI d. *de tortura ex fo-*
9. §. 47. ALBERTI c. l. *ris chr. proscr. §. V.*
pag. 67. g) C. C. art. 17.
f) C. C. art. 22. 69. h) HEIL c. l. p. 200.
KRESS ad a. 186. nr. 1. i) BERNHARDI c. d.
p. m. 702. BERNHAR- §. 6, seq.

na pecuniaria, carceris aut numellarum manet.

* Inimiffima est ratiocinatio: hat er das gethan, fo hat er wohl mehr gethan, uel: an einem folchen Fuchs bricht man keine Wildbahn. DONDORFF d. de reuoc. conf. §. 64.

§. CCXLII.

Ex quarto (§. CCXXXVI, 4) fequitur, <sup>ad funt in-
dicia legi-
tima.</sup> (1) ut, quo grauius *crimen* est, & quo magis *probatio* femiplena maior ad plenam accedit, eo plura & grauiora tormenta adhiberi debeant. Vnde (a) nec eadem femper tormenta, nec (b) qualia postulat fiscalis, applicari queunt. (2) ut duorum pluriumue criminum reus, huius ergo omnia, illius uero quaedam tantum tormenta fufcinere debeat *k*); (3) ut *confessio*, quam tormenta iusto grauiora extorferunt, reo non prauidicet *l*).

§. CCXLIII.

Vt actus torturae rite fufceprus queat <sup>Officium
iudicis circa
praedia
torturae,</sup> dici, iudicis est (1) *sententiam* de tortura fufceptam reo publicare, ita tamen, ut neque diem, quo actus fufcipiendus est, neque gradum torturae prodat *m*); (2) reum a tortura fe *defensurum* audire,
D d 2 eum-

k) HEIL c. l. §. 13, LVDOVICI c. l. c. IX. §. 37. Bericht von dem ermordeten Hof Kürschner p. 22.

l) C. C. art. 20. ibique KRESS.

m) LVDOVICI c. l. §. 9. seq.

eumque (3) priore sententia confirmata, de ueritate dicenda & uitandis torturæ cruciatibus seruo *n*), & pro re nata adstante ministro ecclesiæ *o*), *monere*.

§. CCXLIV.

ipsam torturam &

Quo facto, si reus in negando persistat, iudex (4) una cum scabinis & actuario (§. XXXI, 4. XXXII.) adit torturæ locum, (5) eoque iubet reum duci, ac (6) torqueri modo, quem sententia, carnifici ad perlegendum danda, exprimit *p*). Speciatim CAVEAT iudex (7) ut tormenta, quorum ui repugnat status rei (§. CCXXXVIII, seq.), iubeat applicari, ut potius descriptionem status naturalis & moralis rei a medicis factam inferat actis, & denuo ICTOS consulat *q*); (8) ut reum sanum statim a prandio uel cæna *r*), aut (9) ægrotum tempore, quo uis morborum crescere solet *s*), torturæ subiici iubeat; (10) ut reus *furorem*, *epilepsiam* aliumue morbum simulando auertat *t*), aut (11)

COR-

n) C. C. art. 46.

tortur. c. 3. §. 6.

o) LUDOVICI c. l. §. 16. Diff. WILDVOGEL d. de arbitr. iud. circa tort. c. 3. §. 2. seq.

r) CARPZOV *proc. crim.* qu. 124. nr. 7. 8.

p) HEIL c. l. c. V. §. 42.

s) BOEHMER c. d. §. 9.

q) WILDVOGELI d. de arbitr. iud. circa

t) ALBERTI c. tr. p. 10. 17. FRITSCH *seltz. Land.* p. II. nr. 7. OLDEKOP tr. 3. obs. 21.

corpus magicis artibus firmando *u*) dormiendoue* illudat tormenta; (12) ut diuidat tormenta *x*), nisi hoc lex prouincialis permittat iubeatue *y*); (13) ut *carnifex* det reo hauriendam potionem illam, quæ dicitur *der Hexen-Tranck* *z*); (14) ut actus torturæ, nisi ex iusta causa, ultra *hora* duret spatium *a*); (15) ne, ubi plures sunt torquendi, ab illo fiat primordium, qui *ueritatem magis scire, aut facilius significare præsumitur*. Hinc ubi uicini torquendi sunt, a proximioe & maioribus indiciis grauato, si masculus & femina, ab hac *b*), si pater & filius, ab hoc *c*) initium faciendum est; (16) ne oculos semper ad reum, qui sub tormentis est, adiciat; (17) ut reus, dum torquetur, mœstissimis questibus late loca impleat. Hinc illius ori instrumentum, quod dicitur *die Birn*, inferri & intrudi iubet. Fig. VIII.

* Quo casu in scala dormientis caput sursum tra- hitur. Fig. VII.

Dd 3 §. CCXLV.

- u*) LEYSER *de officio* 459. SCHNVRBEIN *de*
iudicis circa tort n. 20. *tortura* th. 53.
x) LYNCKER *decis.* *b*, CRVSIVS *de tor-*
265. CONCIOL. *resol* 12. *tura & indic. delict.* p.
y Böh. P. S. G. V. l. c. 39. nr. 10. seq.
art. 16. §. 10. CASON *de tormentis* c.
z) BESOLD *th. pr.* XIII. nr. 5.
u. Hexen. *c*) BOCER c. l. c. V.
a) BERGER *E. I. C.* n. 6. seq. ZANGER *de*
suppl. p. 1. obs. 175. p. *quest. & tort.* c. 4. n. 26.

§. CCXLV.

examen rei.

Porro iudicis est (18) interrogare reum de illo tantum crimine, de quo sententia loquitur *d*), & (19) de sociis non nisi generaliter; (20) sistere tormentorum adplicationem, ubi reus in eo est, ut confiteatur *e*), neququam (21) ubi appellavit *f*); (22) actu torturæ finito torti corporis curam habere *g*).

- Hodie interrogatoria solent sententiæ de tortura conceptæ inferi. Nihilominus prudentiæ iudicis datum est, non illis addere.

§. CCXLVI.

Actuarii officium.

Actuarii est, accurate & fideliter notare *b*) (1) diem & modum, quo publicata est sententia, (2) contenta admonitionis de veritate dicenda, quam iudex fecit, (3) locum & tempus, quo actus torturæ susceptus est, (4) nomina iudicis & scabinorum, qui isti interfuerunt, immo (5) ea omnia, quæ iudicialiter gesta sunt, speciatim (6) interrogatoria iudicis, & (7) quid ad unumquodque, quibusque sub gestibus responderit reus. Denique (8) debet con-

d) C. C. art. 20.

e) C. C. art. 58.

KAESTNERI pr. de tortura remittenda, si delinquens confiteri velit.

f) LEYSER de officio

iudicis circa torturam nr. 13. seq.

g) BODINI d. ad 8. C. de quæst. th. 56.

b) C. C. art. 15. 185. 187.

consignata responforum uerba sub finem actus reo *prælegere*. Prælecta subscriptione sua corroborant *scabini* (§. XXXII.*).

§. CCXLVII.

Ob dignitatem olim * a tortura plane immunes erant, hodie uero ex grauissima causa *i*), & consensu domini territorialis impetrato *k*), torqueri possunt, (1) episcopi, presbyteri reliquique clerici, (2) nobiles *l*), (3) professores, doctores, licentiati, studiosi *m*) & (4) milites *n*).

Quæ dignitas a tortura liberet?

* Ex quo uero purgationes uulgares in desuetudinem abierunt, etiam ingenui tormentis sunt subiecti, idque præsertim arte & consilio cleri. THOMASIVS ad ff. tit. de quaest. & d. de occas. concept. ac intent. const. crim. §. 21. g).

MEMBRUM III.

DE

TERRITIONE ET TORTURA OB CONTVMACIAM.

§. CCXLVIII.

Territio est actus, quo reum, in cuius Territio, conspectum tormenta posita sunt, uerbis & gestibus seuerioribus, ad torquen-

D d 4

i) BAYER. Malef. O. § tort. c. I. nr. 73. seq. tit. 3. art. 9 ZIEGLERI *m*) BRUNNEMANN d. de torturis c. 3. §. 6. pr. inquis. c. VIII. m. V. nr. 21. *k*) CARPZOV c. l. qu. nr. 21. *n*) TABOR de tortura p. 82. 118. nr. 95. *l*) ZANGER de quest.

quendum usitatis terret, uix autem apprehendit o), carnifex.

§. CCXLIX.

quæ in uerbalem & realem diuiditur,

Ea plerumque diuiditur in *realem* & *uerbalem p)*. Sed frustra. Realis enim species torturæ est.

§. CCL.

quos maneat? &

Illos terret carnifex (1) quos *leuioris conditionis* homines aut de periurio suspectos femiplena grauat probatio; (2) quos *etas* a tortura immunes reddit, non uero (3) quos a tortura defendit *dignitas* uel *uterus q)*.

§. CCLI.

quid circa eam notandum?

Vbi sententia caute publicata est, iudex una cum scabinis & actuario adit torturæ locum, eoque iubet reum duci, quem de ueritate dicenda serio admonitum (§. CCXLIII, 3.), sed in negando persistentem terret (§. CCXLVIII.) carnifex. Quo eodem tempore illum iudex rogat ad articulos. Omnia quæ aguntur *r)*, præsertim interrogatoria iudicis, & respondentis rei uerba gestusque, prout decet, annotat actuario (§. CCXLVI, 6. seq.).

§. CCLII.

o) BOCER c. l. n. 26.

ZANGER nr. 17. seq.

p) HEIL c. l. c. V. nr.

8. p. 204.

q) Pernex d. de territione p. 13.

r) C. C. art. 187.

§. CCLII.

Qui tormentis subicitur ob contumaciam in respondendo, non rogatur: uelit confiteri? sed: uelit respondere? Hæc tortura debet esse moderata, & regulariter primum tantum tormentum solet applicari, nisi atrocitas delicti & grauitas indiciorum suadeant aliud s).

Tortura contumacis in respondendo.

MEMBRVM IV.

DE

IIS, QVAE TORTVRAM ET TERRITIONEM SVBSEQVNTVR.

§. CCLIII.

Qui legitima tormenta aut legitimam territionem perpessus est, crimen & indicia, quorum intuitu tortus uel territus est, purgasse dicitur (§. CCXXXVI, 5.) t). Tantum itaque abest, ut ulla pœna adficiendus, aut ex collegio opificum uel mercatorum excludendus sit, ut potius definitiue absolui debeat *, & absolutus eos, qui sibi torturam in opprobrium obiciunt, iniuriarum conuenire possit u).

Qui tormenta sustinuit, habetur innocens.

* Famosi tamen nebulones, quique reip. incendium aliaue mala minati sunt, ubi tormenta sustinuerunt, uel ad carceres uel ad opus publicum

D d 5 con-

s.) LVDOVICI Einl. sum P. Proc. c. V. §. 13. t) C. C. art. 61. u) WILLENBERGII d. de innoc. per tort. purgata c. 3. §. 13. seq.

condemnantur, ut ne ciuitati damnum, quod minati sunt, aliudue ferant in posterum. HEIL c.l. c. V. §. 48.

§. CCLIV.

nisi crimen
fateatur
postea.

Confessio, quam reus superatis tormentis fecit criminis, quod a se commissum esse sub tormentis negauit; prout spontanea est aut minis, quas reo intendit iudex uel carnifex, extorta, uel statim, uel subsecuta demum ratificatione condemnat x).

§. CCLV.

Confessus
dicta uel
confirmat,

Reo, qui crimen sub tormentis confessus est, iudex (1) post biduum uel triiduum y), (2) extra locum torturae z) & (3) absente carnifice (4) praesentibus scabinis & actuario (5) confessionem per tormenta aut territionem elicitam uerbotenus, clare & distincte a) praelegi iubet, illius uel confirmationem * uel reuocationem expectaturus.

* Hac, quam alias RATIFICATIONEM dicunt, opus est, ut exceptio: *quod metus causa*, cesset. C. C. art. 56. & adeund. KRESS § 5. V. HAMM d. de ratificat. confess. in tormentis factae §. 11. Est ea necessaria, si uel maxime confessio tormentis

x) RIVINVS d. de per tormenta extorta §. effectū confessionis superatis tormentis factae §. 23. seq. 12. seq.

y) HOMMEL d. de ratificatione confessionis 23. seq. z) HAMM c. d. §. a) C. C. art. 56.

mentis uel eorum metu extorta aliis adminiculis suffulta, aut extraiudicalem confessionem secuta sit. DONDORFF d. de confessione tormentis extorta c. IV. §. II. Diff. FARINACIUS pr. rerum crim. qu. 126. nr. 36. nr. 78. Contra præmittitur, ubi contumax in respondendo tortus est (§. CCLII.), nec tortura in medium eruendi ueritatem degenerauit. ill. BOEHMERI d. de contumac. non respondentis c. 2.

§. CCLVI.

Reuocationi locus est, quoties (1) tortura nulliter suscepta, ut si (a) iudex in competens, aut (b) competens quidem, sed temere & absque iudiciis legitimis b), tortorem accersuerit, aut (c) ratione temporis, loci uel gradus in tortura excessum commiserit; (2) examen non rite peractum est, ut si iudex reum (a) fallacibus & captiosis interrogationibus deceperit, aut (b) dolosis persuasionibus, promissione impunitatis uel alio modo illicito ad confitendum adduxerit c).

uel ex iusta causa reuocat.

§. CCLVII.

Tormentis iterum subiiciuntur (1) qui iustam reuocationis causam (§. pr.) laudate d), aut (2) laudatam probare nequeunt, (3) falsa

Qui secus facit, iterum tormentis subiicitur.

b) HAMM c. d. §. 4. menta extorta §. 44.
c) BRUNNEMANN seq.
c. l. c. VIII. m. i. n. 54. d) DONDORFF d. de
seq. DONDORFF d. de conf. tormentis extorta
reuocat. confess. per tor- c. 4. §. 12.

(3) falsa confessio, (4) qui tempore ratificationis dubie, obscure uel plane non responderunt f); (5) quem criminis reum loquuntur indicia, quæ post torturam superuenerunt, dummodo sint specie a prioribus diuersa, & per se sufficiant ad torturam g).

§. CCLVIII.

Vbi reus confessionem intuitu huius delicti confirmat, intuitu alterius reuocat, uidendum est: quodnam delictum grauius? Vbi illud, quod commisisse iam negat, iterum * torquendus est h). Sic EX RIVINI i) sententia, repetitioni torturæ datur locus, quoties circumstantia negata in illis est, quæ ad pœnam huiusmodi qualitatem exasperandam faciunt.

* Non tamen ultra tertiam uicem torturam repeti posse, ad unum fere omnes Dd. statuunt. Qui tertiam confessionem reuocauit, extra ordinem punitur. GRIBNER c. d. §. 15. seq.

§. CCLIX.

Continuatio torturæ. A repetitione torturæ differt illius *continuatio*, cui toties datur locus, quoties ten-

e) C. C. art. 55. ZANGER c. l. c. V. nr. 11. seq. 80. seq.

f) DONDORFF c. d. §. 66. C. C. art. 57. h) DONDORFF c. d. §. 64.

g) GRIBNERI d. i) d. An & quatenus de repetit. tormentorum mortis reus tormentis confesso inficiente. §. 9. denuo subiiciendus sit? KRESS ad art. 57. §. 5. §. 16.

sententiae nondum plene satisfactum est k).

§. CCLX.

Quo die & loco, nec non quibus praesentibus, itidem, quibus uerbis & gestibus, ratificatio confessionis a reo facta sit, accurate annotare debet actuario (§. XXXII.) l).

Officium actuarii.

TIT. XX.

DE

PURGATIONE PER IUS-
IVRANDVM.

§. CCLXI.

Quoties (1) gravitas delicti deficit m), aut (2) homo, qui honestioris conditionis est, semiplene tantum, aut (3) magis quidem conuictus, sed a tortura & territione ob dignitatem miseramue corporis debilitatem immunis est n): toties datur locus purgationi per iusiurandum.

Purgationem per iusiurandum

§. CCLXII.

Haec purgatio moribus & legibus probata o), quovis tempore fuit *solemnis* habent leges mores-que

k) GRIBNER c. d. qu. 116. nr. 62.
§. 8. I. JOY 23
l) DOEPLER Schaus-
platz der L. und L. Str.
p. 1 p. 433. Kayser pr.
crim. p. 1 p. m. 695.
m) CARPZOV c. 1, teslästern.
n) HEIL c. 1, c. IV.
§. 8. seq.
o) I. P. S. I, 15. 18. II,
4. 69 III, 32. 39. R. I.
de A. 1512. tit. von Gotz



mnis p). Media ætate (1) adhibebantur *compurgatores q*), eiusdem plerumque cum reo ordinis, status *r*), sexus *s*), atque pro re nata, modo plures, modo pauciores *t*), & (2) iusiurandum super *reliquis sanctorum* præstabatur *u*).

§. CCLXIII.

Vnde has deriuo regulas:

I. Purgatio per iusiurandum est medium ueritatem eruendi subsidiarium.

II. Fit solemniter.

§. CCLXIV.

medium eruendi ueritatem Ex prima (§. pr. 1.) intelligere potes causam, (1) cur iusiurandum purgatorium, ante *responsionem ad articulos x*), & (2) sine legitimis *iudiciis y*), dictari nequeat; (3) cur *infames, periuri z*), de *periuurio*

p) HOFFMANN *spec. coniect. LL. Germ.*

p. 38. GERICKEN ad SCHOTTEL. c. IX. §. 3.

q) SIMON *de sacramentalibus.*

r) Capit. Aquisgran. de A. 803.

s) L. Baiur. VII, 15.

t) I. P. S. I, 15. 18.

BALVZIVS Capit. To.

I. p. 117. 122. & alibi

EBELING *de pron. ad iud. Dei.* c. 2. §. 5. seq.

u) L. Frifon. III, 2.

ECCARD ad L. Sal. p.

94. EBELING c. I. §.

12. seq. III. BOEHMER

I. E. P. V, 34. II.

x) SCHILTER *exerc.*

XLIX, 75.

y) BEYER ad C. C.

art. 28. pos. 1. seq.

WERNHER p. IX. *obs.*

140.

z) SETSER *de iuram.*

III, 11, 23.

jurio suspecti a), & alii huius farinae homines ad purgationem nostram non admittantur; (4) cur, qui illud praestitit, famam & honorem conseruasse b), atque se iudici de crimine purgasse, dicatur; (5) cur, qui illud praestare detrectauit, in criminibus leuioribus confessus habeatur, in grauioribus autem, tormentis subiiciatur c).

§. CCLXV.

Ad secundam regulam (§. CCLXIII, 2.) ubi solemniter facta est, notes: saepe (1) aliquot *candelas* accendi, (2) praeter *imaginem Christi cruci adfixi*, (3) *caput emortuum* apponi, (4) mensae nigro panno tectae (5) *horologium* & (6) *gladium euaginatam* una cum *chirotheca ferrea* imponi, atque (7) dum instat tempus iurandi, *fenestras ianuamque* aperi-ri d). Quae solemnitates pro re nata uel adaugeri uel imminui queunt.

• Alicubi *biblia* proponuntur, & reus *flexis genibus* iurat. Quas solemnitates Judaeus iuraturus seruare debeat, docui in *El. I. G. IV, 98*. Vid. quoque *HEIL iud. & defens. c. IV. §. 16. seq.*

§. CCLXVI.

Iudex, ubi publicauit sententiam, qua Officium dicta iudicis,

a) HORN de *semel malo semper malo* c. 3. §. §. 28.

b) BERGER E. I. C. d) LVDOVICI d. de *suppl. p. 11. obs. 75. solennibus iurament.*

dictatur purgatorium, quod reus a se defendere nequit, debet (1) formulam iurisiurandi, iurantis religioni attemperatam, & factum, de quo fides facienda iudici, clavis uerbis referentem, concipere e), (2) dato breui deliberandi spatio *tempus iurandi* commodum constitutur f), (3) in termino *considerare*, & (4) reum de uitando periurio, grauissimo peccato, *monere**, eoque facto, (5) *solemnitates* tam communes omnium iurisiurandi specierum (El. I. G. IV, 125. seq.), quam huius proprias (§. pr.) adhibere, & denique (6) iurisiurandi formulam *prelegi*, atque a reo prout decet, clare & distincte repeti, iubere.

* Vbi iuraturi leuitas tanta est, ut uix sufficere uideatur admonitio iudicis, huic socius datur uerbi digni minister. *MYLLI d. Admonitio de uitando periurio, qua fit per clericum.*

§. CCLXVII.

actuarii &

Actuarius notare debet (1) *formulam iurisiurandi* (2) *tempus* iurisiurandi praestiti, immo (3) omnem actum iuratorium. Hinc (4) tenorem *admonitionis* a iudice (§. pr. 4) & clerico (§. pr. *) factae, atque (5) *linguam, frontem, constantiam & gestus* alios, quibus iurauit reus, non potest non notare.

§. CCLXVIII.

e) HEIL c. l. §. 13. f) Id. c. l. §. 19.

§. CCLXVIII.

Defensoris est, (1) perpendere: num ^{defensoris.} iurisiurandi formula rite sit concepta? (2) impedire, quo minus iudex in termino iuratorio eam mutet, aut (3) horrendis execrationibus exornet, aut (4) in admonendo excedat, miserum & consternatum per aliquot horas callidis quæstionibus uexans, aut (5) ita alloquens: Ich sehe dir's an, du kannst nicht schweeren, ich lasse dich nicht schweeren g).

TIT. XXI.

DE

DEFENSIONE PRO AVERTENDA PURGATIONE.

§. CCLXIX.

Defensio pro auertenda purgatione triplex est. Defendimus enim reum ^{Defensiones pro auertenda purgatione sunt} uel a *tortura*, uel a *territione*, uel a *iurando purgatorio*. Quæ defensiones omnes & singulæ neruum probationis frangere debent. Hinc eodem fauore gaudent (§. CCXI.), eodemque concipiuntur modo (§. CCXIII. seq.), quem supra delineauimus.

§. CCLXX.

Pro *auertenda tortura* reum ^{defensio} defensurus, debet (1) probationem criminis ^{pro auertenda uel} destruere (§. pr.) ita, ut uel nulla, uel saltem

Engau Ius Crimin. E e non

g) THOENNIKER *aduoc. prud.* c. XI, n. 8. 9.



non semiplena maior superfit. Quo enim facto non est, cur tormenta adhibeantur (§. CCXLI.). Præterea laudare debet (2) defectum *spei* ueritatem per tormenta eruendi (§. CCXXXVII.); (3) rei *dignitatem*, a tortura liberantem (§. CCXLVII. *b*); (4) *damnum* uel corpori uel animo rei ex tormentorum applicatione imminens (§. CCXXXVIII.) &c. *i*).

§. CCLXXI.

mitiganda
tortura,

Qui harum causarum (§. pr.) nullam adducere, & sic torturam plane auertere nequit, de hac mitiganda cogitare potest. Obinebit autem finem suum, demonstrando (1) gradum torturæ longe superare qualitatem criminis & indiciorum (§. CCXLII.), (2) ualitudinem rei repugnare ui tormentorum, quæ applicari iubeat sententia (§. CCXXXIX.).

§. CCLXXII.

pro auer-
tenda terri-
tione,

In defensione *pro auertenda territione* hæc præsertim deducenda erunt: (1) deficere probationem criminis semiplenam, (2) reum esse hominem, quem dignitas (§. CCXLVII.) uel (3) uterus a tortura, & sic etiam a territione liberet (§. CCL, 3.).

§. CCLXXIII.

pro auer-
tendo pur-
gatorio.

Purgatorium declinaturus, probationem criminis ita destruere debet, ut docere queat,

b) HEIL *iud. & de-
fens. c. V. §. 52. seq.*

i) THOENNIKER
c. I. c. XII. n. 7. seq.

queat, uix ulla superesse indicia legitima (S. CCLXIV, 2.) k).

TIT. XXII.
DE SENTENTIA,
EIVSQUE CONCEPTIONE.

§. CCLXXIV.

Sententiam laturus debet (1) bonus, & ab omni corruptione alienus esse (S. XXXIII.); (2) facti, quod acta * & probata exhibent, qualitatem perpendere l), & (3) si quid dubii superesse uideatur, ea adornare, quibus illud solui posse putat.

Sententia criminalis debet
1) actis &

* Vix pronuntiando attendere potest ad factum, quod sibi aliunde, quam ex actis cognitum.

§. CCLXXV.

Porro disquirere debet, num factum illud, quod ex actis didicit comprehendatur sub legibus illius præsertim loci, ubi peractum est (lib. I. S. LXXXVI). Vnde formula: darauf solchen Acten gemäß und in Rechten gegründet.

legibus re-
spondere,

§. CCLXXVI.

Vnde intelligere potes (1) cur *interlocutorie* tantum sententiæ locus sit, (a) ubi ordo procedendi neglectus aut interruptus est; (b) ubi quid dubii superest circa delictum commissum, illius qualitatem

siue inter-
locutoria
fit

E e 2 uel

k) IDEM c. l. c. XI. nr. 3. seq.

l) KRESS de ration. decid. c. V. §. 6. 7.



uel auctorem. *Illo* casu defectus sup-
plendus & futurus procedendi ordo di-
rigendus est; *hoc* uero præscribenda sunt
ea omnia, quæ ad dubium soluendum &
ueritatem eruendam facere uidentur.

§. CCLXXVII.

f. defini-
tiua.

Sic quoque intelliges (2) cur causa non
nisi plene discussa & satis cognita *decidi*
queat, ideoque (3) pronuntians debeat
ad omnes causas, quæ uel exasperant, uel
mitigant pœnam ordinariam attendere,
atque (4) non nisi eum *condemnare*,
quem uel legitima probatio *m*), uel qua-
lificata confessio prodit dolosum aucto-
rem delicti, de cuius corpore satis con-
stat ex actis (§. CCLXXIV. *); (5) cur
alius *plene*, alius *ab instantia* tantum sit
absoluendus; (6) cur sententia contra
acta, aut ius in thesi lata, sit nulla *n*); (7)
cur non debeat semper respondere accu-
satoris petito.

§. CCLXXVIII.

2) esse cer-
ta;

Sit porro sententia *certa*. Vbi enim
incerta est, declaratione adhuc indiget,
ut si ex ea non constet, quousque tendat
absolutio, aut quo pœnæ genere reus ad-
ficiendus sit *o*).

§. CCLXXIX.

m) C. C. art. 69.

cif. 337.

n) LYNCKER *de*

o) C. C. art. 192.

§. CCLXXIX.

Sententiam ipsi iudices concipere que-
unt, ubi (a) in *supremis* confident *dica-* Eam ferunt
stis, aut (b) illud tantum quæritur: *num* uel ipsi iu-
locus sit incarcerationi & responsioni ad ar- dices
ticulos inquisitionales?

§. CCLXXX.

Contra, neque præfecti, directores iu- uel extræ-
dicio- rum ad nobiles spectantium, & ma- nei ICTi,
gistra- tus oppidanus ullam de purgatio-
ne p), uel pœna criminali q), neque su-
periores iudices illam, quæ defensio-
nem rei sequitur r), ferre queunt senten-
tiam. His enim in casibus acta mittenda
sunt ad ICTos s), & quidem, quod praxis
uult fere uniuersalis, ad Scabinatus * alia-
que ICTorum collegia, non ad singula-
res Dd. t).

* Olim iudex consulebat *scabinos* cuiusque iudiciû
(§. XXVI.) MEINDERS *de iudic. cent. c. 4. §.*
17. p. 62. & p. 172. & mallatos, qui iudicium
circumstabant. IDEM cit. tr. pag. 53. 84. seq.
132. Ex illo autem tempore, quo ad ignorantie
asylum recurrere cœperunt scabini, factum est, ut
scabini in aliis ciuitatibus collegium formantes
Ee 3 consule-

p) KRESS ad C. C. art. 57. §. 3. BERGER *El. Iur. Cr. suppl. p. II.* r) KRESS ad a. 47. §. 8.
obl. 27. s) C. C. art. 219. §. 3.
q) C. C. a. 91. 146. t) CARPZOV *proc. crim. qu. 116. nr. 22.*
148. 178. OLDEKOP *WERNHER enunc. 85.*
obl. crim. I, 7.

confulerentur. Inter scabinatus olim celeberrimi erant Magdeburgensis, Halensis *KRESS de ration. decid. c. 1. §. 10.* Dohnenensis &c. hodie uero Halensis, Lipsiensis & Wittebergensis, quo regulariter mittuntur causæ criminales, si quæ decidendæ. *THOENNIK. c. 1. c. XIV. nr. 12 Kayser prax. crim. p. m. 584. seq.* Disputationem propterea inter Scabinatum & Facultatem iuridicam Lipsiensem habitam, atque illius fama, enarrat *WABST Nachricht von des Churf. Sachsen ertziger Verfassung der hohen und niedern Justitz lect. 2. c. 15. §. 3. seq.*

§. CCLXXXI.

Scabinatus, Facultates & quævis collegia, quibus facultas de iure respondendi data est, suo sigillo *, & sua cera utuntur, gaudent *communi arca*, &, quæ necessaria habent, condunt *statuta*.

* Sigillum *Halensium* Scabinorum olim exhibebat in cera flaua effigiem saluatoris nostri ad extremum iudicium uenientis, hodie uero in cera rubra sceptrum Brandenburgicum. *OCKEL de palat. reg. th. 149.* *Lipsienses* olim utebantur quinque turribus flauæ cære impressis, post Augusti uero Elect. tempora effigiem Themidos, dextra gladium sinistra libram tenentis, imprefferunt cære miniata. *BRUMMER de Scabinis c. IX. §. 8.*

§. CCLXXXII.

ii præsertim, quos consuli iu-

Ea præsertim collegia, quæ (1) adhuc consuluit, die *Oberhose u*), aut (2) consuli iu-

u) C. C. C. art. 219. §. 1.

li iubent uel leges uel mores prouincia-
les (§. CCLXXX. *), * & (3) quæ a moresue.
partium studio uidentur esse aliena (§.
CCLXXIV.), consulat iudex crimina-
lis. Itaque (a) acta ad eos ICtos, qui uel
fiscali, uel reo a consiliis fuerunt x), eos-
ue, qui eandem criminalem sententiam
tulerunt, a qua reus se defendere est an-
nifus &c. uix iure transmittuntur y); (b)
contra aliquot ICtorum collegia facultas
excipiendi reo danda est z).

* In præfecturis El. Bauariæ, AEp. Salisburgensis &
Ep. Herbipolensis hoc usu receptum est, ut ad
immediate superiorem toties referre debeat iudex,
quoties aliquid notatu dignum in iudicio crimi-
nali peregit Bayer. M. O. tit. 3. §. 5. BLUM-
LACHER ad a. 7. BECK de centena. c. 7. obf. 4.

§. CCLXXXIII.

Acta integra una cum registraturis & Hi, ubi acta
defensione rei transmittenda sunt. Nudi integra
extractus actorum inquisitionalium atten-
di nequeunt.

§. CCLXXXIV.

Literæ informatoriæ, quas concipit iu- cum literis
dex acta ad extraneos ICtos transmissu informato-
rus, nihil noui contineant. Sunt tamen, riis recepe-
qui runt,

E e 4

x) BRUNNEMANN inq. p. I. p. 578.
proc. inquisit. c. VIII. m. z) BRUNNEMANN
4. n. 10. Anleit. zur vork. Anstell.
y) GRANZ defens. des Inquis. Pr. c. IX. §. 1.



qui in illis naturalem rei statum quin describant nulli dubitant, ast, me iudice, fatius est, hoc ipsum fieri in registratura actis inserta a).

§. CCLXXXV.

concipere
debent le-
gitime, ac

Scabini * uel ICti ubi (1) suo loco & tempore conuenerunt, (2) eorum quilibet ex actis, quæ ad perlustrandum accipit, alibi ore, alibi scriptis ita refert, ut (3) significato ordine, quem iudex procedendo seruauit, sistat facti speciem, & illud præsertim notet caput, quod sententia iam dirimendum est. De hoc (4) quid ex actis constet, quidque sibi uideatur, ubi collegis suis satis explicuit, (5) secundum maiora ** uota (6) totius collegii nomine concipit sententiam (7) breuem, actis (§. CCLXXIV.) legibus (§. CCLXXV.) & stylo *** collegii conformem, atque suffultam rationibus **** suis. Hanc ubi (8) reuidit ordinarius, (9) in formam epistolæ describit, (10) descriptæ tam menses, quibus acta collegio tradita & ab eo remissa sunt, quam (11) sportularum pro concepta sententia soluendarum quantitatem adscribit, ac denique (12) sententiam & acta sigillo collegii munit actuaris.

- * Horum numerus pro uarietate collegiorum uariat. In Magdeburgensi collegio fuerunt olim XI. scabi-

a) BOEHMER *Elem.* I. Cr. sect. I. §. 280.

scabini & scultetus moderator. Hoc ad exemplum Christi & discipulorum factum esse fabulatur gl. *Weichb.* art. 16. nr. 3.

** Iam olim scabini non poterant, nisi cum reliquis, sententiam ferre. *Weichb.* art. 100. & si inter eos dissensus esset, cautum erat, ut maior pars concluderet. *BRUMMER de Scabinis* c. VIII. §. 7. *OCKEL de palat. reg.* th. 84.

*** Hic admodum uariat, & alibi perpetuus, alibi temporarius est. Scabini & Icti *Saxōnici* sub initium sententiæ partes processus repetunt. *Helmstadiensēs* hanc repetitionem negligunt, in causa inquisitionis per modum responsi sententiam ferentes. Solemnia uerba, quibus unumquodque collegium solet uti, ut ab alio distinguatur, iam adducere non iuuat. Quasdam formulas dabo in appendice. Illud tamen quin adducam nequeo, quod (a) leuiora delicta, quæ relegationis aut minore pœna adficiuntur, dicantur *Begünstigung*; (b) ea, quæ uindicta pœna corporis afflictiua, mox specificè exprimantur, mox *Verbrechen* audiant, (c) capitalis delicti specificum nomen semper addatur; (d) ubi aliqualis causa mitigandi adest, solet addi: *es wolte dann die hohe Landes- Herrschaft in Ansehung ic.*

**** Sententiis reum ad torturam uel pœnam criminalem condemnantibus inferi solent rationes decidendi ex iure & factò desumptæ *R. I.* 1654. §. 61. Quod fieri sæpe præstat, ut scilicet (a) defensionis media reo non adimantur, nec (b) ansa præbeatur disputandi de uero significato uerborum sententiæ *u. c.* quid sibi uelint uerba: *zu verweisen, menschlich zu torquieren.* *KRESS d. de ration. decid. in uariis iuribus & resp. c. V. §.* 10. seq.



§. CCLXXXVI.

caute.

Sententiam concepturus caueat, (1) ut fidem habeat literis informatoriis (§. CCLXXIV. *) *b*), aut (2) per alios acta legat; (3) ut uerbis utatur dubiis; (4) ut pronuntiet alternatiue, aut (5) ubi alternatiuæ sententiæ locus est, confundat usum uerborum adhiberi solitorum: oder & er fõnte und wolste denn ic.

§. CCLXXXVII.

Cautiones
iudicis &

Iudex caute agens (1) neque reo, neque illius defensori significat ICTorum collegium, ad quod acta transmissurus est, & (2) ubi hoc cognouit reus, alii iubet acta tradi (§. CCLXXXII, 2.) *c*); (3) ubi post responsionem rei ad articulos conquisiuit indicia, audiuit testes, & alia suscepit, quæ ad reum conuincendum faciunt, prius non transmittit acta, quam defensionem conscripsit, uel etiam ad fiscalis monita respondit reus *d*); (4) toties, quoties dubitat, num hoc uel illud sit agendum? ICTos consulit *e*).

§. CCLXXXVIII.

defensoris.

Defensor cautus, qui (1) acta integra *f*)
ac

b GRANZ c. tr. c. 5. m.
2. sect. 3. a. 4. n. 497.

c) Diff. THOENNI-
KER c. l. c. XIV. nr. 18.
seq.

d) Bayser *pr. crim.*
c. VII. §. 1. p. m. 370.

e) C. C. art. 219. §. 1.
f) OLDEKOP *obs.*
crim. l. 8.

ac (2) literas informatorias, quas inspicere alicubi licet ei g), generaliter conceptas cognouit, curat, ut (3) ea, si reus innocens est, aut sumtus ferre tenetur, sine mora (4) ad ICtos in loco non adeo remoto commorantes transmittantur. Illa cautio, qua actis inuolutis & iudicii sigillo munitis defensor sigillum addit suum, paucis in locis adhiberi potest b), atque adhibita frustranea est i).

TIT. XXIII.

DE

SENTENTIAE PVBLICATIONE,

ET

PVBLICATAE EFFECTIBVS.

§. CCLXXXIX.

Vbi acta a ICtis extraneis remissa sunt, Intimatur iudex sententiam eamque integram *sententia criminalis statim ** uel publicat, uel intimat. Inter publicationem & intimationem hæ intercedunt differentia: (1) quod illa solemniter in iudicio ***, hæc citra solemnitates extra iudicium, (2) illa a iudice, hæc ab iis, quos delegauit **** iudex, fieri soleat.

* Ratio-

g) Ord. Crim. Boruss. de appellat. in caus. crim. c. 8. §. 11. Hannover. min q. 7. III. 3.
Crim. Instr. c. 1. §. 1. i) THOENNIKER
b) Diss. OLDEKOP c. l. c. XIV.

* Rationes tamen sententiæ ante responfionem ad articulos latæ additas publicare fat non est. HOMMEL *de cauta publicatione sententiæ criminalis* §. 12. Sic quoque integras publicare uix licet sententias, quibus uel tortura uel territio iuiungitur (§. CCXIII, 1.), itidem eas, quibus, quid iureiurando uel præfinito uel non præfinito fieri debeat, determinatur. 1 D. c. d. §. 7. fq.

** Publicatio tamen differtur, quoties (1) ad mortem condemnata grauida est, HOMMEL c. d. §. 17. (2) sententia actis & probatis contrariatur, aut, (3) quod mores quarundam prouinciarum uolunt, a principe nondum confirmata est; Zannov. *Cr. Instr.* c. XII. §. 6. *Ord. Crim. Boruff.* c. X. §. 8. itidem (4) post transmissionem actorum noui quid contigit, quod eam mutandam suadet. Ex nulla alia causa iudex sententiæ publicationem differre, multo minus ipsam sententiam ab actis remouere aut suppressere & aliam quarere potest, quia hoc scopo transmissionis actorum contrariatur. C. C. a. 150. & f. Quodsi tamen illud fecerit, & mitiorem sententiam remouerit, hæc ualet, atque iudex tam *reip.* quam *reo* satisfacere debet. Illi, dum mulctam soluit, aut se iurisdictione priuari uel ab officio remoueri patitur; huic, dum damnum datum refarcit, & si quid in contumeliam fecerit, hoc deprecatur. THOMASII *d. de iudice sententiam in causis criminalibus latam ab actis remouente.*

*** Vt reus citetur ad recognoscendum sigillum collegii Ictorum, mores non requirunt, quicquid dicat THOENNIKER c. 1. c. XV. nr. 4.

**** Modo clericum, modo actuarium, modo bidellum, modo carnificem delegari tradit SIMON *de intrimat. sent. cap. c. 2. th. 6.*

§. CCXC.



§. CCXC.

Fit autem sententiæ criminalis intimatio eum in finem, ut reus se parare possit ad pœnam uel declinandam uel subeundam. Hinc genus pœnæ præsertim capitalis * ei significandum est k).

ut reus se
parare que-
at ad pœ-
nam

* Sæpe tamen, ubi princeps ueniam dare iam decreuit, mors subeunda generatim indicitur.

§. CCXCI.

Ad pœnam autem declinandam se parat (1) meditans defensionem, qua (a) ulterius deducit ea, quæ supra (§. CCXIII. seq.) stitimus, (b) statuit adesse causas, quæ mitigent pœnam criminis a se commissi. Quæ uero illæ sint, iam adducere non iuuat, quum supra dictum sit de causis mitigantibus pœnam abigeatus (lib. I. §. CXXIV.), abortus procurati (lib. I. §. CCCXCVII.), adulterii (lib. I. §. CC. seq.), assassinii (ib. §. CCCLXXV.), bigamiæ (ib. CCXV.), blasphemiam (ib. §. CCXCIX.) dardanariatus (ib. §. DXXXIX.), desertionis (ib. §. DLXII), expositionis infantum (ib. §. CCCXCII.), falsæ monetæ (ib. §. DXXXI), libelli famosi (ib. §. CCCVII.), furti (ib. §. CXVIII. seq.), furti ferarum (ib. §. CLIX.), homicidii (ib. §. CCCXLIX.) incendii (ib. §. CCCXXX.), incestus (ib. §.

uel decli-
nandam de-
fensione,
aut

k) C. C. art. 94. §. 2. execut. capital, c. 1.
SIMON d. de intimat. th. 7.

(ib. CCLX.), iniuriarum (ib. §. CCXC I.), latrocinii (ib. §. CCCLXIV.), lenocinii (ibid. §. CCLXX.), magiæ (ibid. §. CCCCXXXVIII.), læsæ maiestatis (ib. §. CCCCLXXXII.), fractæ pacis publicæ (ib. §. DVI.), parricidii (ib. §. CCCLXXXV.), perduellionis (ib. §. CCCXC.), periurii (ib. §. CCCCLVI.), plagii (ib. §. CLIII.), rapinæ (ib. §. CXLVII.), raptus (ib. §. CCXLI.), sacrilegii (ib. §. CXXXIV.), sodomia (ib. §. CCL.), stupri (ib. §. CLXXV.), stupri uolenti (ib. §. CCXXIX.), ueneficii (ib. §. CCCCX.) &c.

§. CCXCII.

supplici
uoce,

Quem legitima defensionis momenta destituunt, ille potest principem supplicii uoce rogare *l*) *, uelit, quod potest (lib. I. §. LXXX.), ueniam dare & penam commertam remittere, uel saltem mitigare & in aliam commutare.

* Vnde persuasoria desumi queant, tradit HEIL iud. & defens. c. VI. §. 73.

§. CCXCIII.

uel subeun-
dam.

Vt eo facilior sit ad mortem subeundam præparatio, (1) tenor sententiæ intimatur reo adhuc ieiuno, (2) ad minimum tertio *m*) uel quarto *n*) die ante
ter-

l) THOENNIKER SIMON c. d. c. IV. th. 2. c. l. c. XV. nr. 8. *n*) Ord. Proc. Goth. *m*) C. C. art. 79. §. I. p. III. c. 9.

terminum executioni statutum *. Quo facto (3) cum reo, quem ex carcere in locum quendam honestiorem o) duci iussit iudex, (4) de rebus sacris prudenter p) colloquantur uiri religiosi, a iudice missi. Mittendi autem illi sunt, qui (a) eandem religionem profitentur, quam ad mortem condemnatus q), quique (b) possunt uoluntque huius animum lege percellere, percussum euangelio erigere, erectumque debite præparare ** ad eucharistiam sumendam, ac mortem subeundam. Qui finis ut obtineatur, preces funduntur publicæ r).

* Maiores nostri ad mortem damnatis nullas fere dabant inducias, sed eos haud raro eodem die, quo deliquerant, accusatique fuerant, gladio percutiebant, uel laqueo suffocabant. I. P. S. I, 55. 57. MULLER *annal. Sax.* ad A. 1470.

** Peccant, qui aliud agunt, præsertim qui condemnatum instigant ad confessionem suam reuocandam. C. C. art. 31. §. 7. art. 103. WILLENBERG d. de officio ministri eccl. §. c. 3. §. 2. seq.

§. CCXCIV.

- o) *Kayser prax-crim.* c. X n. 11. p. m. 756. zente ad mortem condemnato delinquente. §.
- p) WILLENBERG 10. seq.
- d. de officio ministri eccl. erga condemnatum ad mortem §. 2. seq.
- q) ID. d. de impœni- ad mort. c. 2. §. 18.
- r) ID. d. de officio ministri eccl. erga cond.

§. CCXCIV.

Triduum illud ad hoc quoque datur, ut reus possit, si uelit, (1) de rebus suis disponere s) *, (2) cum amicis & cognatis ultimum sermonem instituere, (3) corpus ** quodammodo reficere t).

* Id quod tamen perduelli negandum est (lib. I. §. CCCCLXXXVIII. **), GRANZ *defens. inquisit.* c. 5. m. 2. sect. 3. art. 13. nr. 768.

** Risi dignus est mos ille, quo alicubi ad mortem condemnatus per triduum comedit socio carnifice, quo, ut dicitur, huic adsuefieret.

§. CCXCVI.

Effectus
sententiæ
absolutoriæ &

Sententia *absolutoria* statim uires rei iudicatæ nanciscitur. Quæ reum soluit mox *simpliciter*, mox propterea, quod *deficiant indicia*. Illo casu absolutus ex iisdem indiciis ad nouam inquisitionem trahi u), aut ab alio magistratu puniri nequit x), nisi per collisionem facta sit absolutio y); hoc uero indicia, quæ emergunt noua, cum primis coniungi possunt z). En causam, cur acta non cassanda, sed custodienda sint a).

- s) C. C. art. 79. SEITZ art. 12.
d. de privilegiis ad supplicia damnatorum. §. 1X. x) TABOR *racemat. crimin.* c. I. nr. 73.
t) IDEM c. d. §. 14. y) BRUNNEMANN
CLASEN ad C. C. art. c. I. c. 6. m. 2. seq.
79. z) KRESS ad C. C.
u) GRANZ *defens. inquisit.* c. 6. m. 2. sect. 2. art. 99. §. I.
a) a. C. C. art. 202.

§. CCXCVI.

Sententia *condemnatoria*, reo capitalem ^{condemna-} pœnam irrogans, tertio demum uel quar- ^{torix.} to die post intimationem datur execu-
tioni (§. CCXCIII. seq.); eam uero, quæ
reum pœnam corporalem, aut hac leuio-
rem sustinere iubet, iudex exequitur sta-
tim atque dicta & recitata est ^{b)}, nisi reus
defensionis, prouocationis aut supplica-
tionis beneficio uelit uti.

TIT. XXIV.

DE VRPHEDA.

§. CCXCVII.

In quos, quid egerint, iudex specialiter ^{Vrphedam} in-
quirit, si licet per sententiam abso-
luti fuerint, tamen prius non dimittun-
tur, quam iurarunt de ultione non medi-
tanda. Quod iusiurandum dicitur ein
Urfehden*. Hoc nomen & illi iuriu-
rando tribuitur, quod de ultione** non
meditanda & uitando territorio præstare
coguntur***, quotquot uel fustigatione
uel relegatione puniuntur.

* Huius iurisiurandi natales sistunt KRESS ad C. C.
art. 108. §. l. n. 2. SCHILTER *glossar.* u. Fehed.

** Priuata intelligitur. Publica enim & iudicialis
omnino licita est C. C. art. 20. §. 3. Ille ta-
Engau Ius Crimin. F f men

b) SCHILTER *exerc. proc. crim.* qu. 102. nr.
XI. §. 27. CARPZOV 9. seq.



men, qui iuravit, se neque absolutionem a iureiurando petiturum, neque impetrata usurum esse, ad effectum agendi relaxationem a iureiurando impetrare tenetur. BESOLD *thes. pract.* u. Urphed. BERGERI d. de *Urpheda* c. VI. th. 1. §. 2

*** Qui hoc iusiurandum præstare detrectarunt, statim atque in eorum animam iuravit uel iudicialis nuntius uel carnifex, MYLIVS ad BEYERVM p. 339 pos. 9. uehiculo carnificis impositi e provincie finibus eiiciuntur, atque relegatio per publicum proclama significatur populo. BERGER c. d. c. VI. th. 3. §. 3.

§. CCXCVIII.

solemniter
præstitam

Qua formula *, *quo ritu* & *a quo* urpheda sit præstita, & quid post hanc contigerit? si quæris: perlege annotationem, quam actuarius c) ad acta fecit.

* Formulas urphedarum in Camera Imperiali, Principatu Anhaltino, Bremensi, Lipsiensi aliisque ciuitatibus usitatas tradunt BERGER c. d. c. V. §. 10. seq. ZEPPEL *discurs. iurid.* tit. IV. nr. 33. seq.

§. CCXCIX.

uiolantis
pœna de I.
communi
&

Violatio urphedæ * concurrens cum delicto capitali, ab hoc absorbetur (lib. I. §. LXXIX.) d). Quodsi uero concurrat cum delicto, quod uel corporalis uel pecuniaria pœna manet, abscissione digitorum,

c) *Kayser pr. crim.* RVM p. 175. pos. 10. c. X. §. 4. p. m. 735. d) C.C. art. 108. §. 1. MYLIVS ad BEYER.

rum, quibus urpheda praestita est, uindicatur e).

* *Nemesis Carolina* loquitur de uiolatione iurisiurandi, quod quis de ultione non meditanda praestitit; *praxis* uero illud traxit ad iusiurandum de uitando territorio praestitum.

§. CCC.

In *Saxonia El.* relegatus, ubi prima uice *prouinciali* re-
redit, digitorum abscissione * *f*), sin se-
cunda, fustigatione, sin denique tertia,
gladio punitur *g*). Idem apud *Bauaros*
obtinere usu, si fides habenda *BLVMLA-*
CHERO h). In *Austria i*) & *Franconia k*)
relegatus, ubi re-redit, fustigatur. In terris
Brunsuico-Luneburgicis temporaliter rele-
gatus, ubi re-redit, ad plures annos relega-
tur, in perpetuum uero relegatus, ubi re-
uertitur, fustigatur *l*). Ex residentibus
Brandenburgicis relegati ubi redibant,
olim capitaliter puniebantur *m*), hodie
uero fustibus caeduntur *n*).

F f 2

* Er.

- | | |
|--|--|
| e) Ibid. §. 2. | p. II. p. 80. |
| f) IO. FLOR. RIVI-
NI pr. de poena fracta
urpheda in eos, qui re-
uertuntur, ex prescri-
pro legum Saxoniarum
omnino statuenda. | k) KIRCHGESNER
tribun. nemef. iuste iudic.
p. 240. |
| g) p. IV. const. elect. 48. | l) CLASEN ad c. art.
m) Ed. d. 9. Mart.
1711. ap. MYLIVM p.
II. sect. III. nr. 26. p. 41. |
| h) ad c. art. nr. 2. | n) Ed. d. 26. Mart.
1715. ap. Eund. c. I. p.
59. |
| i) FROELICH com-
ment. der P. S. G. O. | |



- Errant, qui reum fustigatum, ubi uiolat iusiurandum de uitando territorio præstitum, simpliciter capite plectendum censent. V. CARPZOV *pr. crim.* qu. 47. nr. 25.

§. CCCI.

Causæ mi-
tigantes.

Quæ pœna *cessat*, ubi (a) remissa est urpheda o), uel (b) fames, pestis aut uis hostilis in causa est, cur relegatus ad patrios lares redierit p); *mitigatur* uero, ubi (1) relegatio propria iudicis inferioris auctoritate decreta q), aut (2) urpheda uel non solemnis, uel non legitima r) præstita est; (3) ubi qua admonitione de uitando periurio præuia, (4) quoque modo præstita sit urpheda, non loquitur protocollum s); (5) ubi relegatus ex territorio nunquam exiit, aut (6) ignorans fines territorii reuersus est.

TIT. XXV.

DE EXECVTIONE SENTENTIAE CAPITALIS ILLIVSQUE SOLEMNIBVS.

§. CCCII.

Index, ubi
signa exe-
cutiua

Vbi sententia capitalis rite concepta (Tit. XXII.)*, & decenter reo intima

o) BERGER c. d. c. VI. th. 3. §. 2. r) BERGER *Elect. Jurispr. Crim.* p. I. obs.

p) BERLICH p. V. *IO.* p. 426. *concl.* 72.

q) KRESS ad c. art. §. 1. nr. 2. s) MYLIVS ad BEYERVM p. 175.

mata est (§. CCLXXXIX. seq.): iudex criminalis patibulum uel aliud signum, quo exequutor sententiae indiget, iubet suis ipsius sumtibus t, nouum erigi uel collapsum refici.

* Alicubi sententia capitalis ante omnia confirmari debet uel a principe, MASCOV *notit. iur. & iudic. Brunsv.* p. 77. uel a cancellaria. ARPI *fer. astu.* p. 253.

§. CCCIII.

Vtrumque hoc modo solet fieri: (1) solemniter conuocantur murarii & fabri lignarii*, quotquot in isto banno commorantur**, qui, ubi (2) dominus iurisdictionis primum lapidem posuit, den ersten Stein gelegt und mit 3. Hieben ins Holz den Anfang gemacht, (3) uel omnes u), uel per sortem electi x), (4) patibulum erigunt*** aut reficiunt. Quandoque carnifici locatur y) furcae & aliorum signorum executiuorum exstructio.

* Olim textores quoque, molitores, carpentarii & fabri ferrarii conuocabantur. KRESS ad C. C. art. 215. not. 2. ERTL. *de iurisd. infer.* lib. 2. c. 1. obs. 6.

** Ne unus alteri quicquam obicere possit. Obtrektor istorum opificum, a quibus furca exstructa est, ubi marcam auri puri, qua punien-

F f 3

dis

t) C. C. C. art. 215.

x) lb. §. 4.

§. 4. CARPZOV c. l. qu. 109. nr. 68.

y) MYLIVS ad BEY-
ERVM c. a. pos. 12.

u) C. C. art. 215. §. 1.



duſ eſt, C. C. art. 215. §. 5. ſoluere nequit, carceri includitur, donec ſatis fecerit. C. C. art. 216.

** Numerus columnarum patibuli arbitrarius eſt, excepta Gallia, ubi ille pro diuerſitate dynaſtiarum uariat. TENZEL d. de eo, quod iuſtum eſt circa poenas furcarum th. 5. not. 1.

§. CCCIV.

in loco ex-
fruxit pu-
blico, aut

Signa executionis in loco publico ex-
fruantur, & quidem plerumque ad fines
banni, ita tamen, ut hi nullo attingantur
modo. Hodie XXIV. ulnas z) * a con-
finio diſtare debent.

* Id, quod de umbra loquitur I. P. S. II, 50. &
tradunt Dd., refert, atque ridet BEIER tr. de ex-
penſis crimin. nr. 783.

§. CCCV.

in ſubſidi-
um iuris
requirit
alium,

Sæpe iudices, qui uel penuria tempo-
ris, uel alia de cauſa impediuntur, quo mi-
nus furcam iubeant erigi, requirunt iudi-
cem aliam, ut in ſubſidium iuris execu-
tionis curam ſuſcipiat a).

§. CCCVI.

terminum
executionis

Executio non debet fieri die domini-
co uel alio feriato. Antiquitus facta eſt
die Martis (§. XXXIV.) b). Reum illo
etiam die, quo ſacra cæna uſus eſt, morti
tradi poſſe, uix dubius ſtatuo.

§. CCCVII.

z) Ord. Crim. Austr. ſeq. STRYK V. m. tit.
art. 58 de iuriſd. §. 2.

a) BEIER de expenſ. b) Elem. noſtra Iur.
execut. crimin. n. 766. Germ. lib. IV. §. 30.

§. CCCVII.

Eam sine mora *c)* fieri uolunt iubent-^{sine mora} que leges. Quoties uero (1) *testes*, quo-^{statuit.} rum fide reus condemnatus est, apparent falsi *d)*; (2) *reus* cuidam rationes reddere adhuc tenetur, (3) destitutus est cognitione Dei aut ad mortem praeparatione *e)*, (4) confessionem reuocat *f)*, aut (5) de nouo se defendit *g)*; itidem quoties (6) *nouum crimen* a reo commissum detegitur; (7) *complices* indagandi & per confrontationem cum condemnato ad mortem instituendam conuincendi sunt *h)*; (8) deficit *carnifex i)*, (9) rea praegrans est *k)* &c. toties executio sententiae capitalis iure optimo differtur. Sic quoque (10) ubi condemnatus ad mortem prouocat ad *tribunal Christi*, iudex animo nunc huc, nunc illuc fluctuans, acta reuidere debet *l)*.

F f 4

§. CCCVIII.

c) C. C. art. 77.*c. 5. m. 2. sect. 3. art. 9.**d)* BRUNNEMANN
pr. inquis. c. X. nr. 4.
OLDEKOP *obs. crim.*
V, 22.*g)* LUDOVICI *pr.*
*crim. c. XI.**e)* WILLENBERG *d.*
de impenit. ad mortem
condemnato. Id. d. de
tempore ad paenitendum
dando condemnato ad mor-
*tem.**h)* THEODORICI
Colleg. Crimin. c. X. aph.
5. nr. 67. seq.*f)* C. C. art. 91. §. I.
GRANZ *defens. inquis.**i)* GRANZ c. I. art. 15.
k) THEODORICI c.
I. nr. 64. seq.*l)* GRANZ c. I. art. 16.
CORTREII. d. *de extre-*
ma prouocatione ad tribuni-
Iesu Christi c. 5.

§. CCCVIII.

Vbi iudicium criminale summum constitutum, &

Iudicium criminale summum, das hochnothpeinliche Hals = Gericht, solemniter constituitur. Nimirum (1) assessores & scabini * per apparitorem **, (2) in loco consueto ***, qui alibi sub dio, alibi sub tectis, alibi ad statuas Rolandinas est, & armatis hominibus solet circumdari, (3) prout decet atque moris est ****, adesse ac (4) confidere iubentur.

* Septem uel octo requirit Nemesis Carolina art. 84. §. 2. ast mores hodierni alibi 5. alibi 3. sunt contenti. V. C. HERTEL d. de constitutione siue forma iudiciorum criminalium solemnium. §. 25.

** Populus etiam, alibi per sonitum uel campanæ der Malefiz = Glocke, C. C. art. 82. uel tubæ HEIL Iud. & defens. c. VI. §. 65. alibi per pannum rubrum e curia suspensum KRESS ad art. 83. §. 2. * conuocatur, ut publicam delictorum animaduersionem intelligat.

*** Ibi circum mensam panno nigro obductam ponit fellas denigratas quorundam locorum fert consuetudo.

**** Olim ieiuni, nec pileis, chirothecis aut armis instructi, adesse debebant. I. P. S. III, 69. Id quod etiam iudicii Westphalici ordo requirebat. KRESS ad art. 82. §. 3. *. Hodie alicubi nigris uestimentis induti comparere iubentur.

§. CCCIX.

pace firmatum est,

Statim atque iudex & scabini confederunt, seu fellas occuparunt, ille uel gla-

gladium uel baculum uel utrumque manu *m*) * tenens scabinorum primum rogat: num confessus sit legitimus *n*)? & ubi hic adfirmando respondit, secundum: num hoc tempus iustum sit, quo pax iudicio constituto sanciri queat, *gehet werde?* dein tertium: quo modo pax sanciri debeat? Modum, quem hic respondendo describit, obseruat iudex, ter pacem dum sancit iudicio. Quo facto rogat quartum: Num iudicium criminale summum rite constituerit & pace sua firmauerit? atque hoc quæstionem adfirmante, iubet præconem per proclama significare populo, iam constitutum & sancitum esse iudicium, ut rite accedere queat capitis aliquem accusaturus.

* Alicubi iudex manum chirotheca armare, atque gladium uagina reconditum coram populo extrahere & manu comprehendere tenetur.

** Formulæ interrogationum & responsionum uariant. Quod intelliget collaturus formulas adhiberi solitas in Ducatu *Altenburgensi*, *Bayser pr. crim. c. X. §. 6. nr. 16. seq.* & *Holsatico. FVCHS introd. ad praxin Holsat. IV, 3. principatu Schwartzburgico. DOEPLER Schaupl. der 2. und 2. Strafen p. l. p. 159. ciuitate Lipsiensi, Zaym Lex. I. Crim. p. 121. seq. HEIL iud. & def. p. 478. Mulhusina, Mülhâus. P. D. p. 96. Wittenbergensi V. C. HERTEL c. d. p. 48. præfectura Wartenslebenfi. Id. p. 36. &c.*

F f 5

§. CCCX.

m) C. C. art. 82.

n) Ib. art. 84.



§. CCCX.

prodit ac-
cusator, nec
non

Tunc prodit accusator der Blutschreyer, petens (1) ueniam consistendi coram iudice, & (2) ea impetrata, determinationem modi, quo sibi liceat comparere, & N. accusare huius uel illius criminis. Postquam scabinorum unus a iudice de modo accusandi rogatus respondit: er solle vorkommen mit gewasneter rechten Hand, mit ausgezogener geschliffenen Wehre, und mit Gerüste, weyer und eins, wie recht und gewöhnlich ist, (3) accusator alibi ipse euaginat gladium, alibi petit a iudice sibi dari ministrum publicum, qui strictum gladium manu armata præferat. Quo facto (4) ter clamat o) uel quiritat*, crimen illiusque auctorem nominans, & dein (5) accusationis formulam recitat, (6) petens, rei responsione secuta, ferri sententiam.

* Formula quiritationis hæc plerumque traditur: Zetter über N. N. als Thäter, daß er N. N. wider Gott und Recht vom Leben zum Tode gebracht. Ast hæc in saxoniam fere tantum obtinet. Francones clamant: **Waffen** über N. &c. Saxones inferiores: **Wapen, Wapen, Wapen**, alii aliter. Hæc uerba & sequentia: *Haisterhand, Zister* - uel *Zitter-hand*, *armata* uel *calida manus*, *Zister*, *iodit* &c. unum idemque significare notant KRESS ad C. C. art. 87. HOFFMANN obseru. Iur. Germ. p. 141. seq. Vnde nullus

o) C. C. C. art. 87. §. 1.

nullus dubito, quin statuam (1) hoc clamore adumbrari bellum illud priuatum, quo olim familia lafa homicidam persequebatur; (2) non esse, cur cum HEINECCIO *El. I. Germ. lib. II. §. 28.* accusatorem propterea gladio euaginato instructum reputes, quod rei familiam metuat.

§. CCCXI.

Reus, interim ad iudicium solemne adductus, rogatur: Num crimen, cuius accusatus est, confiteatur? Adfirmando respondens, per sententiam, quæ publice prælegitur, condemnatur & simul baculus fractus ^{adducitur, & post condemnatur reus.} *p)* abiicitur. Quo factò (1) *accusator*, impetrata uenia, abita iudicio, (2) condemnatus uero traditur carnifici ^{***} *q)*, qui (3) securitatem ^{****}, si forte res male cederet, sibi stipulatur. Quæ impetrata (4) iussu iudicis per lictorem significatur populo *r)*, (5) in loco uel iudicii *s)* uel supplicii *t)*, quo (6) reus, comitantibus eundem sic dictis clericis *u)*, uel ducitur, uel uehitur. Cum hoc factum, (7) tum finitum proclamatur iudicium, (8) euertuntur mensa & subsellia *x)*,
atque

p) C. C. C. art. 96. *t)* art. 97.
q) lb. eod. *u)* WILLENBERG
r) lb. art. 97. BEYER d. *de officio ministri eccl.*
de eo, quod iustum est erga condemnatum ad
circa carnifices p. 28. seq. mortem c. 2.
s) *Saxmens Lex I.* *x)* BEIER *de expens.*
Crim. p. 132. *criminal. n. 749.*



atque (9) iudex & scabini petunt locum, in quo supplicium a reo sumendum est.

* Reuocata confessione criminis, iudex actum executionis differt, & de nouo extraneos ICTOS consulit. C. C. art. 91. §. I DONDORFF d. de reuocat. confess. per tormenta extortæ §. 68. sq. HAMM d. de ratificatione confessionis in tormentis factæ §. 43. Bayser pr. crim. c. X. §. 7. nr. 40. seq. p. m. 756.

** Olim sententiam criminalem executioni dabant sacerdotes. KRESS de uariis iurisd. gener. c. 2. obl. 2. §. 10. post scabinorum ultimus, BRUMMER de Scabinis c. V. §. 9. & c. VIII. §. 18 MEINDERS de iud. centenar. c. V. §. 29. BESOLD th. pr. u. Scharf-Richter. uel iudicialis nuntius, THOMASII d. de iurisd. differ. secundum mores germ. §. 81. uel sodalis uel accusator, BOEHMER d. de executionis poenarum capitalium honestate §. 40. Quandoque senior interemti agnatus homicidam capitis damnatum percutiebat gladio. MULLER Annal. Sax. A. 1470.

*** Baculum, quo regimen & iurisdictio denotatur, antiquitus frugerunt germani, ut denotarent, iudicium finitum esse. KRESS ad C. C. art. 95. §. I. Errat itaque CLASEN ad c. a. statuens, fractionem baculi significare sententiam capitalem retractari non posse. V. BECK d. de solemn. fractionis baculi ritu in exequenda supplicii extremi sententia §. 31.

**** Cui ritui ansam dedit feritas plebis, carnificem, qui munere suo minus recte functus erat, olim sine mora opprimentis. KRESS ad C. C. art. 97. I. P. Bad. VII, 75.

§. CCCXII.

§. CCCXII.

In loco supplicii, eoque ordinario *, ^{Executio} ^{sententiae.} (1) carnifex sententiam iudice praesente dat executioni **. Itaque (a) reum, qui rupto laqueo uiuus in terram cecidit, iterum suspendit y), (b) gladio uulneratum secunda uice percutit, ut capite illum truncet, ac (c) culeo infutum, ubi ex undis uiuus extractus est, iterum immergit aquis z); (2) quaerit ex iudice: *hab ich recht gerichtet a)?* & denique (3) adstantem rogat populum, ut necati malo sapiat.

* Tamen metus seditionis, dignitas ad mortem condemnati, & alia in causa esse possunt, cur sententiae capitalis executio in priuato peragatur loco.

** Quandoque pro reo ad mortem condemnato intercedunt meretrices, aut nequeunt executionem differre, nedum sistere. (lib. I. §. LXXXIV. **).

§. CCCXIII.

Vt unius poena possit esse metus mul- ^{Cadaver} ^{mox inse-} ^{pultum re-} ^{linquitur,} torum b), rigor poenae post fata extenditur in delictis atrocissimis, nefandis & enormibus. Sic *ad furcam*, quae extra urbem conspicitur, *acti*, itidem *rotae illigati*, ibi manent insepulti. Sic partes, in quas

y) BARTH *diff.* 48. VII, 74.

z) STRVV *obs. crim.* a) C. C. art. 98.

VI, 6. p. 27. I. P. Bad. b) gl. *Weichb.* art. 36.

quas proditorum corpora sunt *difsecata*, in quatuor uis celebrioribus conspicien-
dæ suspenduntur c).

§. CCCXIV.

mox sepe-
litur,

Cadauer puniti olim ab illius aduoca-
to petitum, & a iudice concessum, hone-
sto *sepeliebatur* modo d). Hodie uero
non nisi principe permittente potest (1)
cadauer e rota aut patibulo per carnifi-
cem deponi, & sepeliri, multo minus (2)
ab agnatis aliter, quam princeps concessit,
terræ demandari.

§. CCCXV.

mox ana-
tomicis
traditur.

Sic quoque cadauer non nisi ex prin-
cipis e) consensu ad *anatomiam*, publice
in Academia aliqua instituendam, conce-
ditur. Hic consensus aut *specialis* & ad
hoc uel illud cadauer directus est, aut
generalis, ut in Saxonia Elect. f), Ducatu
Altenburgico g), Ducatu Magdeburgensi
& Principatu Halberstadiensi b).

§. CCCXVI.

Officium
iudicis &

Denique hic notes uelim, quod *iudicis*
fit, CAVERE (1) ut executionem pœnæ ca-
pita-

c) KVL PIS d. *de iure*
circa cadauera punitorum
c. 2.

d) Auctor des Nichts-
steigs c. 35.

e) CARPZOV *pr. cr.*
qu. 137. nr. 72. seq.

f) *Rescr. de A.* 1662.

g) *Rescr. de A.* 1674.
ap. KAYSERVM c. l. p.
m. 791.

h) *Priuil. Acad. Ha-*
lensis art. 9.

pitalis sine iusta causa differat (§. CCCVII.),
(2) ut sententiam capitalem reo denun-
tiet per uirum truculentum, (3) ut mittat
uiros religiosos, qui condemnatum uel ne-
queunt uel nolunt ad uitam æternam du-
cere (§. CCXCIII.), (4) ut prius constituat
iudicium solemne, quam certus est de
confessionis ratificatione sequenda *i*), (5)
ut, ubi carnifex munere suo male functus
est, utatur uerbis: Du hast gethan, was
Urthel und Recht mit sich bracht. Dicendum
enim est: du hast das Urthel exequiret,
aber nicht gerichtet, *uel*: du hättest es wohl
besser machen mögen *k*).

§ CCCXVII.

Actuarii est, annotare (1) *modum* & *actuarii*,
tempus, quo, atque (2) *solemnitates*, sub
quibus summum iudicium criminale con-
stitutum, & post rei condemnationem
finitum est; (3) *modum*, quo, & (4) *per-*
sonas, quibus præsentibus, sententia ca-
pitalis *executioni* data est; (5) quid cum
caduere actum sit.

§ CCCXVIII.

Reus criminis capitalis confessus & *Processus*
conuictus, immo ad mortem condemna-
tus, si ante supplicium moriatur, uel in *ca-*
dauere pœnam sustinet (lib. I. §. LXXXII, 3.) *contra*
mortuos in-
stituendus.
uel

i), HEIL iud. & def. c. VI. §. 64. seq.
k) IDEM c. I. §. 66. pag. 464.



uel saltem afinino more sepelitur. Qui vero post mortem demum accusatur criminis, illius cadauer sepelitur, saluo tamen processu *l*), ad damnandam memoriam instituendo. Quo instituto, iudicis est, causam plene cognoscere, & mortuo defensorem constituere necessarium *m*), uoluntario deficiente.

TIT. XXVI.

DE

PROCESSV CRIMINALI
CONTRA ABSENTES
INSTITVENDO.

§. CCCXIX.

Quia haectenus de processu criminali, contra praesentes instituendo, diximus: non possumus non & illa notare, quae obseruari iubent leges moresque, dum reus absens est. Agamus itaque de *processu contra absentes* in genere, & speciatim de *processu bannitorio*, quem iura statuunt Saxonica.

§. CCCXX.

Sequela
praefecto-
ria.

Vbi reus delicti, quod uel capitalis uel corporis afflictiva poena manet, fugam capeffit, iudex criminalis eum die fasto & nefasto potest, immo debet, *persequi*.
Non

l) HOENN de cadaueribus puniendorum c. 4. §. 6. *m*) GVTIERREZ lib. II. qu. 3. n. 21.

Non tamen potest illum in alieno territorio capere, nisi (a) hoc speciatim permittat *lex, pactum, observantia* uel *privilegium n*), aut (b) fugiat caterua *violatorum pacis publicæ o*). Hos sequela* *præfectoria* in aliud territorium persequi licet, si fiat illud (α) in continenti p), (β) in campis & agris, & (γ) tantum usque ad occursum gentis, in cuius territorium se receperunt facinorosi q).

* Quo casu pulsantur campanæ R. I. 1522. tit. 27. & 1548. §. 20. & 1559. §. 23. seq. uel exploduntur bombardæ, ut ciues concurrant, atque persequantur fugitivos.

§. CCCXXI.

Vt plurimum reos, qui fugæ se dede- runt, iudex persequitur, (II.) dum iudicem, in cuius banno degunt, requirit *de iis incarcerandis*, &, prout mores ferunt, *remittendis*.

Requisitio iudicis extranei de reo fugituo incarcerando specialis &

* Iudex in literis requisitorialibus debet (1) demonstrare, sibi competere iurisdictionem in reum, (2) qui nominatur, aut describitur, (3) qui fugit in bannum iudicis requisiti; (4) addere petitum de illo incarcerando & remittendo;

Engau Ius Crimin. G g do;

n) MULLERI d. de Handhabung des Landes iure facinorosos sequela friedens 1495 tit. vom præfectoria persequendi c. Nacheilen zu frischer 2. §. 12. That. WILDVOGELII d. de persecut. delinqu. §. 36. 37. c. V. th. 3. o) R. I. de A. 1555. p) Ref. Erf., 1442. §. 5. q) I. P. S. II, 71.



do; (5) promittere reuerſales literas, (6) expenſarum reſuſionem, (7) ſportularum præſtationem, ac denique (8) officia mutua.

§. CCCXXII.

per literas
arrestato-
rias facta.

Quando ignoratur locus, quo reus latitat, iudex illum (II.) literis, quæ *arrestatoria* dicuntur *Steck-Briefe* *, ubique perſequitur. Quæ tunc demum rite conditæ, ubi (1) loquantur *delictum*, quod, & (2) locum, quo illud commiſſum eſt; (3) illius *auctorem fuga elapſum* nominant, atque (4) a forma externa, cum primis faciei, naſi, capillorum &c. nec non ætate, loquela & uestibus deſcribunt; (5) continent (a) *petitum* ad omnes & ſingulos iudices, quorum oculis ſubiiciuntur **, directum, ut reum nominatum & deſcriptum carceri includere, cuſtodire & remittere uelit, qui illum in ſuo banno deprehenuſus eſt, (b) *nomen & ſigillum* iudicis perſequentis, atque (c) *diem*, quo datae ſunt r).

* Has iam olim fuiſſe cognitæ patet ex MAR. CULFI app. c. 19.

** Hi, ubi ſibi notarunt nomen & deſcriptionem rei uel perſonæ ſuſpectæ, literis arrestatoriis ſubſcribunt tempus inſinuationis.

§. CCCXXIII.

Capti re-
miſſio,

Quia uero forum deprehentionis non minus

r) Edthold d. de literis incarcerat. parentibus c. 2. §. 18.

minus competens est, quam forum delicti (§. LIII.) : sequitur (1) ut remissio, quæ alicubi dicitur *der Schub s)*, *urbanitatis t)* sit, nisi lex *u)*, consuetudo, pactum *x)*, præscriptio *y)*, aut illius, qui iudici requirenti & requisito imperat, autoritas *z)* * uelit aliud. Lis iam mota *a)*, & confrontatio instituenda *b)* uix sunt iustæ causæ, cur necessario reus remittendus sit; (2) ut iudex requirens requisito & iam remittenti *reuersales* exhibere debeat, quibus fatetur **: daß dergleichen *Stell- und Lieferung* aus blossen guten Willen und Bittweise, keinesweges aber vermöge einiger *Gerecht- oder Schuldigkeit* geschehen, er auch in dergleichen Fällen *hinwiederum* willfahren wolle *c)*; (3) ut remissio fiat *sum-*
 G g 2 *tibus*

s) FROELICH *comment. über P. S. G. O.* 2. m. 2. §. II.
 l. 4.
 z) Ord. Prou. Sax. de A. 1555. tit. daß man die Ubelthäter so in den Nemtern verbrechen etc. Res. Grau. de A. 1661. §. 45. LEYSER *de reis absent. requirendis* nr. 11. seq.
 a) MYLIVS c. I. §. 9.
 b) STRYK *V. m. ff.* tit. de iudiciis §. 27.
 c) FRITSCH *tr. de reuersal.* c. X.

r) MYLII d. *de remiss. facinoros.* c. 3. §. 2. RICHTER *decif.* 15.
 u) MAVRITIVS *Opusc.* p. 1021. f. MYLIVS c. I. §. 10.
 x) GAERTNER d. *de eo, quod iustum est circa exhibit. reorum.* §. 10.
 y) HARPPRECHT *conf. Tub.* 49. nr. 9. seq. ENGELBRECHT *de*

tibus petentis d) (4) ut inuitus remitti queat e).

* Hinc remissio ad forum priuilegiatum R. I. 1614. eiusdem territorii fieri debet (§. III.), si uel maxime nulla præcedat requisitio. Quæ quoque causa est, cur iudex hoc casu remittens nullas reuerfales literas exigere queat. GAERTNER c. d. §. 8.

** Alicubi formula literarum reuersalium determinata est per PACTVM, ut in Episc. Eystadensi & Marchion. Onoldino. V. Reccess. zwischen Eystatt und Onolzbach. vom Jahr 1736. p. 12. aut LEGEM, ut in Lusatia superiori. V. Corp. I. Luf. sup. p. 276.

§. CCCXXIV.

exhibitio
&

Reus remittendus ad *confinia* manuplerumque armata ducitur, ubi requirenti una cum rebus apud eum inuentis, & actis illius causa conscriptis exhibetur.

§. CCCXXV.

transportatio per territorium alienum.

Quumque nemini iurisdictionem in alieno territorio exercere liceat: facile est ad intelligendum, cur iudex, qui reum fugituum in alieno territorio persecutus est & remissum tulit, debeat iudices, per quorum banna ille ducendus est, (1) rogare ducendi facultatem, atque (2) hac impetrata, iis tradere reuerfales, & (3) restituere

d) RICHTER C. decis.

e) HORN class. XV. R. 75.

stituere sumtus, si quos illis reum ducendo fecerit f)

§. CCCXXVI.

Iudex eodem saepe tempore, quo literas arrestatorias circummittit, fugientis bona annotat g), annotata custodit*, atque alienat ea, quae seruando seruari nequeunt h). Ex alienatis uxori liberisque alimentata i), atque iudici sumtus ad annotationem, causae cognitionem & rei persecutionem necessarii praestantur k).

Bonorum fugitivi annotationis.

* Si uero fugientis consanguinei adnotata bona administrare uelint, admittendi sunt, ubi ea seruanda, nec fugitio ante litem finitam danda, cauerunt satis superque, C. C. art. 206. §. 3. KRESS ad c. art. * 1.

§. CCCXXVII.

Reo deprehenso, processus inquisitorius, quem supra delineauimus (Tit. IX. seq.), legitime instituitur. Quumque idem iuris sit, ubi reus adhuc latitans se sistit iudicio, postquam saluum impetrauit conductum, de hoc quaedam adducenda erunt.

Reo deprehenso quid fiat?

TIT. XXVII.

DE

SALVO CONDUCTU.

§. CCCXXVIII.

Iudex reo, quem neque ipse (§. CCCXX.), Saluus conductus, qui

Gg 3

f) MYLIUS c. d. c. 4.

i) Ib. §. 4.

g) C. C. art. 206. §. 1.

k) KRESS ad art. 206.

h) Ib. §. 2.

neque per requisitos iudices (§. CCCXXI. seq.) carceri potuit includere, dare solet *l)* *saluum conductum*, seu scriptam, eamque publico sigillo firmatam fidem de eo saluo conducendo, nec carceri includendo, si se iudicio criminali stiterit, citetur quo uelit tempore.

§. CCCXXIX.

in genera-
lem & spe-
cialem di-
spescitur,

In *generalem* & *specialem* dispescitur, prout iudex securitatem a carcere ad iuridicos dies restrinxit, aut ad quosuis dies sententiæ criminali antecedentes extendit.

§. CCCXXX.

Vnde hæc deriuo axiomata:

- I. Saluus conductus datur cuilibet facinoroso, qui incarcerari nequit,
- II. si cauerit de iudicio fisti.
- III. S. C. tribuit securitatem ei, qui carcerem metuit ob crimen, cuius est suspectus iudici.
- IV. Tribuit temporariam tantum securitatem.
- V. Cessat, ubi conductus fidem, quam dedit, temerat.

§. CCCXXXI.

facinoroso
latitanti;

Ex primo axioma (§. pr.) discimus (*r*) cuiuslibet sceleris *m*) architecto, huius-

l) C. C. C. art. 76. 156.

m) Glâser d. de saluo cond. §. 81.

iusque socio, qui fugitiuus est, nec potest detegi, si uel maxime crimen sub conditione confessus sit *n*), neutiquam uero (2) ei, qui in uinculis est *o*), dari saluum conductum; (3) adesse causam, cur pronuntient I Cti: daß dem flüchtigen N. zuzuförderst nachzutrachten, und sich dessen Person zu versichern, ihn sofort zc. Wosern aber nach allen angewendeten Fleiß selbiger persönlich nicht zu erlangen seyn sollte, ist ihm das gebetene sichere Geleit zc.

§. CCCXXXII.

Ad secundum (§. CCCXXX, 2.) notes, ^{ubi cauit de iudicio listi.} (1) *reum* (a) ad pecuniæ summam, ex sua ipsius conditione, nec non delicti & indiciorum qualitate determinandam *p*), fideiussoribus* aut pignoribus datis, uel, quod tamen fit rarissime, præstito iureiurando *q*) cauere, & (b) ubi citatus est, comparere, aut saltem contumaciam purgare debere, ni uelit cautionem perdere, atque facere, (c) ut conueniantur fideiussores, qui iudici locum significare nequeunt, ex quo facile possit retrahi; (2) *fideiussores* liberari ex illo die, quo reus includitur carceri, nisi cauerint iudicatum

G g 4 tum

n) Wessler d. de saluo cond. c. 3. nr. 4.

p) HEIL iud. & defenf. c. 2. §. 19.

o) BERGER E. I. C. suppl. p. II. obs. 179.

q) MEVIUS p. IV. dec. 4.



rum (solui *r*); (3) cautione nondum præstita, uel cessante, uix locum esse saluo conductui.

* Cauent uel tacto iudiciali baculo, uel tradito obligationis instrumento. V. KAYSER *pr. crim.* p. II. p. m. 173. seq.

§. CCCXXXIII.

præstat securitatem

Tertium (§. CCCXXX, 3.) nos docet axioma (1) reum secure ad iudicium ire & inde recedere posse *s*); (2) non nisi iudicis criminalis illiusque competentis (§. XLIV. seq.) *t*) esse, saluum conductum alicui concedere; (3) iuris esse, ut concessus seruetur *u*). Itaque tantum abest, ut iudex reum conductum, præuia uerborum in formula *S. C.* adhibitorum captatione, carceri includere *x*), aut alia iniuria adficere possit, ut potius illum contra cuiusuis iniuriam defendere, & literas incarcerationis patentes ad extraneos missas reuocare * debeat. Quæ tamen reuocatio non impedit, quo minus iudex extraneus reum deprehendere & inquisitioni subiicere possit *y*).

* Con.

r) BRVCKNER d. de *salu. cond.* th. 31.

s) MEVIVS ad *I. Lub.* I, I, II. nr. 116.

t) TREVTLER *Vol. I. disp. V. rh. 6.* lit. d.

u) LYNCKER *R.* 185, nr. 51.

x) LEYSER d. de *sal. uo conductu* nr. 10. seq.

y) CARPZOV *pr. crim.* qu. 112, nr. 55.

* Concesso saluo conductu literas arrestatorias reuocari adfirmant alii, alii negant. GRANZ *def. inq.* c. V. m. 1. l. 1. n. 25. seq. HEIL *iud. & def.* c. II. §. 15. Vnde satius est, ut formulæ salui conductus hæc inserantur uerba: Gestalt wir männiglich, dem hiebevör unsere wider dessen Person ausgeschickte Steck-Briefe zukommen sind, ihn in der Zeit frey und ungehindert zu und abreisen zu lassen, dienstlich hiermit ersuchet haben wollen.

§. CCCXXXIV.

Ex eodem (§. CCCXXX, 3.) intelligere potes (4) saluum conductum uix extendendum esse ad crimina, de quibus non loquitur, siue hæc tempore, quo ille concessus est, ignota siue cognita fuerint iudici conducenti. Hinc qui saluum conducere promisit Titium qua furem, eum qua homicidam carceri potest includere z).

§. CCCXXXV.

Saluus conductus securitatem ad temporarium tantum tribuit (§. CCCXXX, 4.), & quidem uel *certum*, quod currit de momento in momentum, uel *incertum a)*, ut si scriptum fuerit: bis zu Austrag der Sachen, bis etwas Peinliches erkannt worden. Vnde in *temporarium & perpetuum iure non diuiditur b)*. Notes præterea

Gg 5 quod

z) Diff. Weser c. d. b) Windheim d. de iure salui conductus c. 2. c. VII. nr. 6.

a) GLAESERVS c. d. nr. 52. §. 106. 108.

quod saluus cesser conductus, quisquis sit, statim atque sententia criminalis lata* est c).

* Lapsus deendii non requiritur, nisi salui conductus formulæ hæc inserta fuerit clausula: und er solches abzulehnen nicht vermag. BRUNNE-MANN *proc. inq.* c. VIII. m. 6. nr. 22.

§. CCCXXXVI.

Fides data a facinoroso seruan- da est.

Ex quinto axiomate (§. CCCXXX, 5.) intelligere potes, eum, qui saluo conductu munitus est, includi posse carceri, (a) ubi de nouo deliquit, aut (b) iudicio se stitit, sed factum uel plane non uel in scripto tantum enarrare uoluit d), iudem (c) ubi determinatæ securitatis concessioni uix stetit. Sic saluo conductu generatim munitus (§. CCCXXIX.), si extra diem iuridicum deprehendatur in banno conducentis, mancipari potest carceri.

§. CCCXXXVII.

Quid sit defensoris, ubi S. C. impetrandus, aut

Defensor, ubi (1) principi uel iudici criminali retulit, absentem (a) conqueri de modo, quo iudex adhuc contra eum processit, (b) paratum esse ad innocentiam suam deducendam, dummodo iudicio a carcere tutus interesse possit, (c) sibi in mandatis dedisse, petere saluum conductum, atque hanc illamue cautionem

c) Gläfer c. d. §. 115. d) ID. c. d §. 100. seq. ZANGER *de except.* FARINACIUS *pr. cr.* p. II. c. 4. nr. 14. q. 29. nr. 59. 65.

nem offerre, (2) decenter petat saluum conductum, eumque (3) specialem. Curet præterea (4) ut impetret S. C. qui ad crimen denunciatum & denuncianda extenditur, (5) cuiusque formula scripta & sigillo publico munita est, nec (6) uerba captiosa & dubia e), sed (7) expressam literarum incarcerationis reuocationem continet (§. CCCXXXIII.*). Porro CAVEAT, (8) ut prodat locum, ubi latitat reus (§. CCCXXXI, 3.), aut (9) hunc sistat iudici ad præstandam cautionem iuratoriam, uel aliud quid faciendum f), ubi legitimam salui conductus formulam nondum impetrauit*; (10) ne ab illo quoque principe saluum conductum impetret, per cuius territorium reo ad iudicium tendenti eundem est g).

* Vix enim usu obtinet parcemia: die Citation trägt das sichere Geleit auf den Rücken nach sich. BRUNNEMANN *pr. inquis.* c. VIII, m. 6. n. 16. ROMANI *d. de saluo conduct.* §. 16.

§. CCCXXXVIII.

Salui conductus formula a iudice, uel, iam impetratus est, quod tutius est h), a principe impetrata, defensoris est (11) iniungere reo, ut ne (a) eam

- e) CARPZOV *c. qu.* *obs.* 28. nr. 7.
nr. 58. h) KAYSER *pr. cr.*
f) GLAESERVS *c. d.* p. II. §. 69. OLDEKOP
§. 86. *obs. crim.* III, 28.
g) OLDEKOP *tit.* 3.



(a) eam originalem relinquat iudici * uel alii, aut (b) delinquat denuo (§. CCCXXXVI.), aut (c) generali tantum saluo conductu munitus alio quam iuridico die commoretur in conducentis principis territorio, iudicisue banno, aut (d) se sistat iudici tempore, quo publicanda est sententia (§. CCCXXXV.). Satius est, ut in termino publicandæ sententiæ compareat defensor, sententiam publicatam habens, atque, si ea quid mali contineat, ad ulteriorem defensionem prouocans.

* Huic tamen salui conductus formulam a principe acceptam ad recognoscendum & describendum producere debet.

TIT. XXIIII.

DE

CITATIONE EDICTALI.

§. CCCXXXIX.

Subsidiaria
est

Per *edictum* citatur reus, qui nullo modo ex fuga reduci potuit, neutiquam uero ille, de cuius constat domicilio, si uel maxime iudex domicilii a iudice delicti requisitus, illum captiuum ducere, & remittere, uel ob ius de non euocando, quo gaudet *i*), uel ex alia causa noluerit. (§. CCCXXXIII.) *k*).

§. CCCXL.

i) LEYSER *sp.* 80. *d. de foris concurrentibus delinquentium* c. 2. m. 7. 8.

k) WILLENBERG §. 29.

§ CCCXL.

Citatio edictalis ita debet conscribi, ut ^{citatio edi-}
 (1) loquatur speciem criminis commissi, ^{ctalis.}
 (2) testetur, iudicem citantem ignorare
 locum, quo degat reus, (3) ponat tripli-
 cem terminum, addita (4) peremptoria
 clausula, & (5) concessione salui condu-
 ctus generalis.

§. CCCXLI.

Sic concepta citatio ubi in trium di-
 versorum principum territoriis legitime ^{Reo non}
 ad- & re- fixa fuit, citatus, qui in termino ^{compa-}
 comparere noluit ^{rente} l), habetur & declara-
 tur contumax.

§. CCCXLII.

Quo facto, iudex acta perlustrans probe ^{uel conde-}
 attendit: sit absens criminis conuictus ^{mnationi}
 uel confessus, nec ne? ^{locus est,} *Illo casu fertur sen-*
 tentia, quæ ubi infamiae, relegationis uel
 pecuniariam pœnam irrogat, ueræ, sin
 corporalem aut capitalem, imaginariæ
 datur executioni. Illud tamen adhuc
 notes uelim, quod executioni in effigie
 tunc demum locus dari solet, ubi cri-
 men, cuius confessus aut conuictus est
 latitans, annumeratur atrocissimis m).

§. CCCXLIII.

Sin suspectus delicti capitalis, de cuius ^{uel proscri-}
 cor- ptioni.

l) SCHOEPPF *resol.* WICHTI *d. de executione*
Tubing. 183. *in effigie.*

m) STRV VII &

corpore satis & legitime constat *n*), neque confessus sit, neque factus conuictus: tribus edictis citatus proscribitur, seu banno subiicitur, quod ueteribus erat *forbannire*, *verbannen* *o*).

TIT. XXIX.

DE

PROCESSV PROSCRIPTIONIS

speciatim

BANNI SAXONICI.

§. CCCXLIV.

Proscriptio
uel impe-
rialis

Proscriptio uel *imperialis*, uel *prouincialis* esse dicitur. *Illa* pacis publicae uiolatoribus* in uniuerso imperio, *haec* aliis criminosis in territorio uel iurisdictione quadam particulari ius securae commorandi** adimit *p*); *illa* cum uitae periculo antiquitus coniuncta fuit *q*), *hanc* uero passus capi tantum a quolibet, & iudici exhiberi, potuit.

* Contumacium in causis ciuilibus proscriptio, in cuius in banniti bona immittitur, & hoc postea comparente contumaciamque purgante, fructus inte-

n) I. P. S. l. 67, seq. Capit. III, 49. seq.
Sueu. c. 91. §. 1. 2. *p*) I. P. S. l. 71. ibi-
CARPZOV q. 140. n. 49. que Gl
METERID. de iudicio *q*) Ordn. des Kampfs-
bannitorio §. 10 seq. Ger. am Land-Gericht
o) L. Ripuar. 87. zu Francken §. 13. ZOBEL
Longob. l. 25, 62, seq. ad I. P. S. III, 34.

interim perceptos lucratur actor, *Ord. Cam. p. III. tit. 43. §. 1. 2. 3. tit. 46. §. 2. tit. 48. §. 5. seq.* hodie penitus sublata est. *R. I. 1654. §. 6.*

** Olim eum, qui proscripto receptum dederat dolo malo, mulctabant Saxones *I. P. S. III, 23.* Suetii uero eadem pœna prosequabantur, quæ proscripto erat subeunda. *Spec. Suec. cap. 150.*

§. CCCXLV.

Hodie proscriptio prouincialis, quod uel prouincialis est. ad modum procedendi, proscribendi, & legitimas proscriptiois causas, admodum uariat. Nam (1) alibi *simplex* tantum siue inferior, alibi & *superior* obtinet usu; (2) alibi cuiusuis delicti capitalis, alibi manualis tantum cædis r) reus, ubi fugitiuus est, nec ad tria edicta comparet, proscribitur. Omnium maxime differunt solemnia uerba, quæ hinc & inde tempore iudicii criminalis des *Nothpeint. oder Achts-Gerichts* pronounciari solent. Id quod cognoscet collaturus die *Mühlhaußische Process Ordnung s)*, STRYKIVM t), HEIL u), KAYSERV M x) aliosque. Iam uideamus processum bannitorium, qui uiget in Saxonia.

§. CCCXLVI.

r) STRYK d. de pro- t) c. d. c. IV. nr. clamat. & banno homi- 31. seq. cida c. 3. MEIERI d. u) iud. & def. c. VII. de iudicio bannitorio §. 18. §. 20.

s) pag. 97.

x) *Anweis. zum Achts- Proc. §. 20.*



§. CCCXLVI.

In Saxonia
ubi libellus
oblatus est,

Vbi accusator, qui modo uoluntarius est, modo a iudice constitutus, suum obtulit libellum, ponitur *terminus*, uel saxonicus uel duarum tantum aut trium horarum, prout delictum pernoctatum est, nec ne. Plerumque tamen pernoctantur crimina. Vix enim intra spatium XXIV. h. (a) delicti corpus, & (b) actor inuestigari (§. CCCXLIII.), (c) libellus accusatorius concipi, & (d) iudici exhiberi, atque (e) ab hoc iudicium criminale constitui potest y).

§. CCCXLVII.

citatur ac-
cusatus.

In termino, quem iudex pro re nata statuit (§. pr.), ut compareat & ad libellum accusatorium respondeat accusatus, citatur in sua domo uel loco delicti, ubi delictum *nondum pernoctatum* est, *sin pernoctatum*, edictaliter * z).

* Cuius citationis singularia hæc sunt: (1) quod triplicem terminum non simul ponat, ac (2) mentionem facere debeat processus bannitorii uel instituti uel instituendi.

§. CCCXLVIII.

Constituto
iudicio cri-
minali,

Die termini iudex cum scabinis & actuario sub dio, uel alio loco huic actui antiquitus destinato, confidet, atque iudicium criminale, idque solemne, das

Notly

y) HEIL c. l. §. 7. seq. z) Kayser c. l. §. 15. 17.

Nothpeinliche Hals-Gericht constituit, constitutumque per præconem publicat a).

§. CCCXLIX.

Quo facto prodit accusator, atque (1) ^{ubi prouocauit accusator,} a iudice impetrata uenia, (2) cognitoque modo, quo accusare debeat, (3) hoc seruato reperit libellum, (4) citatum prouocat ad respondendum, (5) iudicemque rogat, uelit hoc iudicium prius non tollere, quam causa plene discussa. Hoc petito iudex annuit, & iudicium criminale sancitum esse iubet b) ad executionem usque sententiæ definitiuæ.

§. CCCL.

Accusatus uel comparet uel non comparet. Illo casu uel ipse se sistit iudici, & carceri includitur, uel comparet per procuratorem, qui laudata & demonstrata absentia causa saluum conductum impetret. Compareat autem quo uelit modo, processus bannitorius degenerat in processum inquisitorium accusatorium ue c).

§. CCCLI.

Quod si uero accusatus, cui citatio rite uel non concepta legitime infinuata est, in termino non compareat, illius accusatur & ad legit. imped. condemnatur.

a) Kayser c. l. §. 20. §. 29. 36.

HEIL c. l. §. 13. LVDO- b) ID. c. l. §. 31.

VICI pr. crim. c. 3. c) HEIL c. l. §. 15.

contumacia. Quo facto Icri extranei, ad quos mittuntur acta, pronuntiare solent: daß Ankl. Angekl. wegen seines Ungehorsamlichen Aussenbleiben bis auf Ehehaften in die Acht zu erklären, erstanden und erlangt *d*),

§. CCCLII.

Ad huius sententiæ publicationem, quæ in illo loco fieri debet, quo sancitum est criminale iudicium (§. CCCXLVIII. seq.), accusatus iterum citatur edictaliter. Compareat nec ne, publicatur sententia.

§. CCCLIII.

In contumacia per-
feuerans in
bannum inferius &

Quæ ubi vires rei iudicatæ nacta est, ad instantiam accusatoris novus terminus ponitur, ad quem per tria edicta citatur accusatus, ut doceat impedimenta legitima, vel iustas causas, cur in primo termino non comparuerit. Iterum non comparentis contumacia ubi accusatur, fertur sententia: daß Ankl. Angekl. wegen dessen beharrlichen Ungehorsams bis auf die Acht erstanden und erlangt; Derowegen er darrein billig erkläret, aus den Frieden in den Unfrieden gesetzt, und männiglich, so dasiger Jurisdiction und Bothmäßigkeit unterworfen, mit ihm Gemeinschaft zu haben, verbothen, auch sein Leib in dasigen Gerichten jedermann erlaubet wird *e*). In cuius sententiæ publicatione idem obseruatur, quod

d) HEIL c. l. §. 13. *e*) Kayser c. l. §. 44.
Kayser c. l. §. 34. seq. HEIL c. l. §. 15.

quod §. pr. diximus. Proscriptionis seu banni inferioris formula *f*) (1) per annum, (2) iisdem in locis adfigitur, quibus antea adfixæ fuerunt citationes edictales.

§. CCCLIV.

Vbi annus, quem a die promulgati banni inferioris cum additamento Saxonico computant, præterlapsus est, nec contumaciam purgavit accusatus, eodem modo, quo banno inferiori subiectus est (§. CCCLI. seq.), incidit in superius, quod rite & quidem per tria edicta publice significatur.

post annum in superius incidit.

§. CCCLV.

Banno inferiori constrictus habetur confessus & conuictus *g*), (2) a quolibet in iurisdictionali districtu capi & iudicio sisti, a nemine uero, ne quidem a iudice, occidi potest. Illius denique bona, si nondum annotata, iudex annotare potest.

Effectus banni inferioris &

§. CCCLVI.

Bannum superius facit, ut (1) contumax priuetur fama & existimatione, nec non (2) omnibus ciuitatis iuribus, speciatim (3) pace. Hinc (a) bannitus dicitur fieri *Echt=Necht=und Frede=Loß b*), & (b) a quolibet in prouincia capi ac iudicio sisti potest.

H h 2 potest.

f) Kayser c. l. §. 46.

b) I. P. S. 1, 38. MEIER

g) C. C. art. 155.

c. d. §. 20, seq.



potest. Sic quoque (§) illius bona annotata (§. pr.) fisco cedunt irreuocabiliter i).

TIT. XXX.

DE

IUDICIIS MILITVM CRIMINALIBVS

Speciatim

Vom Malefiz-Stand- und Spieß-
Recht.

§. CCCLVII.

Processus
criminalis
in causis
militum

Vbi crimen militare commissum esse dicitur, auditor adstantibus duobus officialibus, in illius corpus & auctorem inquirit, atque ea attendit omnia, quæ supra in processu inquisitorio obseruanda diximus (§. LXXII. seq.). Speciatim criminis reum aut suspectum, ubi absens est, uel literis arrestatoriis persequitur (§. CCCXXII.), uel citat edictaliter (§. CCCXLVII.*). Citantur autem equites per *tubas*, pedites per *tympana*, quibus accedit uox *præconis k)*. Vbi in termino non comparet reus, quibusdam in casibus (a) declaratur infamis, man schreibt zur ehrlosen Nusurung des Henckers l), atque (b) illius bona annotantur.

§. CCCLVIII.

i) Kayser c. l. §. 78. lit. prudent. IV, 12, 13 nr. 173. l) ID. c. l. th. 14.

k) BEIER iuris mi-



§. CCCLVIII.

Inquisitio contra praesentem mota ubi quomodo
ab auditore, adstantibus duobus adfesso- instituat^r
ribus ad finem perducta est, iudicium cri-
minale solemniter* constituitur, cui praes-
esse solet Colonellus uel illius locum te-
nens, der Obrist-Lieutenant. Auditor af-
fessores, quorum numerus minimum
duodenarius esse debet, iureiurando ob-
stringit m), atque constituit sancitque iu-
diciu, nec non sumto baculo ea, quae
sui sunt officii, tecto peragit capite. Ni-
mirum, ex actis ubi speciem facti retulit,
assessorum uota colligit, secundum ma-
iora concipit sententiam, quam, ubi le-
gionarius est, colonello, sin generalis,
campi-marechallo confirmandam tradit.
Confirmatam denique publicat, mandat-
que executioni n).

* Solemnitates, quae olim longi erant ordinis, LV-
DOVICI Einleit. zum Kr. Proc. c. V. § 8. 18.
BURGERS cent. 2. obs. 97. seq. hodie rarae sunt
admodum. LVDOVICI c. l. §. 17. 20. BEIER
c. l. th. 30. DOELFFER process. iuris militar.
informatiuo c. 19.

§. CCCLIX.

Ab hoc iudicio ordinario, quod audit^r Iudicium
das Malefiz-Recht, differt iudicium stata-^r statarium,
rium, das Stand-Recht, cui locus est, quo-
ties

H h 3

m) LVDOVICI SCHROETER de audi-
Einleitung zum Kriegs-
Proceff. c. V. §. 13. seq. zoribus.
n) BEIER c. l. th. 30.



ties miles deprehensus est o) in flagranti crimine militari, cuius pœnam lex clare determinat. In eo causa summarie, stante pede p), remotis omnibus exceptionibus dilatoriis, & reiectis aduocatis q), cognoscitur ac deciditur. Vt sic reus ultimo statim adficiatur supplicio r). Solemnitates in hoc processu olim obseruari solitas tradit LVDOVICI s).

§. CCCLX.

Iud. hastatum.

Alterum iudicium extraordinarium est *hastatum*, das Spieß-Recht, cui nomen est a modo exequendi sententiam criminalem. Hoc iudicium, quod describit SCHOTTEL t), iamdudum in desuetudinem abiit u).

TIT. XXXI.

DE

MODIS, QVIBVS PROCES-
SVS CRIMINALIS IMPEDI-
TVR AVT TOLLITVR

speciatim

DE

o) DANCKO Entwurf des Kriegs-R. p. III. c. 7. §. 2.

p) BEHAIMB mil. delinqu. obs. 76. DOELFFER c. I. c. 22. BURGER c. I. c. 2. obs. 97.

q) BECK d. de iudicio statario §. 21.

r) ID. c. d. §. 29.

s) c. I. c. VII. §. 4. seq. t) tr. de singular. in G. iuribus c. 27.

u) LVDOVICI c. I. c. 7. §. 8.



DE
PRAESCRIPTIONE CRIMINVM.

§. CCCLXI.

Criminalem persecutionem instituentem impedit *praescriptio*, institutam vero sistit *abolitio*. Neutra civili obest iudicio. Vnde, hac uel illa non obstante, (a) stuprata uel ad dotandum uel ad ducendum, itidem ad alimenta infanti praebenda, porro (b) coniux innocens ad diuortium, (c) illiusque heredes ad priuationem lucri statutarii agere possunt x).

Præscriptio criminis

§. CCCLXII.

Præscriptio * *criminis* adesse dicitur, quando criminofus per XX. annos, a die quo deliquit computandos, in ius criminale uocatus non est.

* Cuius introducendæ causa fuit praesumptio uitæ emendatæ, siue finis pœnæ iam obtenti. V. meine Betrachtung von der Verjährung in Peinl. Fällen §. 8. ***.

§. CCCLXIII.

Vnde hæc deriuo axiomata:

- I. Iudicium criminale, si quod instituentum, impedit praescriptio.
- II. Ea adest, statim atque XX. anni
- III. sine ulla interpellatione praeterlapsi sunt.

Hh 4

IV. Cur-

x) Jurist. Betr. von der Verjäh. der Laster §. 45 - 47.



IV. Currere incipit ab illo die, quo crimen finitum est.

§. CCCLXIV.

impedit iudicium criminale,

Fallor, aut ex primo (§. pr. i.) sequitur (1) ut præscriptio criminis non tollat *iudicium civile* (§. CCCLXI.) *y*); ast (2) iudicium criminale, ob crimen aliquod, illud etiam, quod diuina lex iussit esse capitale, instituendum, perimat *z*), nisi lex provincialis uelit aliud *a*); (3) ut præscriptionis exceptio in quouis processu & quouis tempore opponi possit, quid? quod a iudice ex officio suppleri debeat *b*); (4) ut nemo propterea, quod reus sit criminis, de cuius præscriptione constat, possit (a) conuictis proscindi, (b) ex collegio opificum eici *c*), (a) pœnitentia ecclesiastica, uel (d) alia pœna adfici *d*).

§. CCCLXV.

ubi XX. anni

Ex secundo (§. CCCLXIII, 2.) constabit, (1) cessare præscriptionem, ubi aliquid temporis ad illam necessarii deest *e*), non uero (2) ubi iudex uel accusator crimen commissum esse ignorauit *f*). Hic & illud notes, quod 5. anni ad præscriptio-

y) Ibid. §. 24.

z) Ib. §. 28-40. Diff.

KNORR d. de præscript.

crim. sect. 3. §. 3.

a) Ib. §. 43. seq.

b) Ib. §. 17. seq.

c) Ib. §. 27.

d) Ib. §. 16. 25. sq. 48. sq.

e) Ib. §. 83.

f) Ib. §. 80. seq.

scriptionem sufficient (a) in delictis illis, quae uindicat L. Iul. de adulteriis g), (b) in crimine peculatus h) &c.

* In Saxon. Elect. Ducatu Altenb. & Comitatu Hennebergico adulterium duplicatum XX. annis praescribitur, si paucos casus exceperis. Meine Betrachtung von der Verjährung in peinlichen Fällen §. 60. seq. In Austria homicidium & furtum simplex praescribuntur lapsu X. annorum ib. §. 65.

§. CCCLXVI.

Ad tertium (§. CCCLXIII, 3.) notes (1) sine ulla interruptione non interrumpi (a) mi terpellatione i), uel (b) mota civili actione, a qua uix dependet criminale iudicium k); (2) praescriptione criminis feruari uix posse illum, (a) cui post accusationem motam citatio rite concepta legitime & intra tempus praescriptioni statutum insinuata est l), (b) quem iudex, generali inquisitione finita, inclusit carceri, aut (c) absentem citauit edictaliter m); (3) interruptionem stricti iuris esse, nec ad aliud crimen, quam ob quod iudicialis interpellatio facta est, extendi debere n).

§. CCCLXVII.

Quartum (§. CCCLXIII, 4.) nos docet a die criminis ple-

Hh 5

(1) ab

g) Ibid. §. 51. seq.
h) lb. §. 53.
i) lb. §. 92.
k) lb. §. 90.

l) lb. §. 94. seq.
m) lb. §. 98. seq.
n) lb. §. 106. seq.

ne peracti
præterlapfi
sunt.

(1) ab illo die, quo delictum consummatum, non uero quo inchoatum est, ideoque (2) non a momento mandati ad delinquendum dati, sed a tempore, quo delictum, quod quis in mandatis dedit, commissum est, præscriptionem currere o); (3) nullum præscriptioni locum esse, ubi crimen permanet, aut in dies iteratur. Hinc bigamia non præscribitur, usque dum coniugium dissoluatur alterum p).

§. CCCLXVIII.

Illud denique quin adducam nequeo, quod post interruptionem præscriptionis legitimam reus ab ultimo actu iudiciali præscriptionem iterum inchoare possit, dummodo ipse iudicium fraude sua non stiterit q).

TIT. XXXII.

DE ABOLITIONE.

§. CCCLXIX.

Abolitio
est

II. **A**bolitio * est actus gratiæ, quo quis liberatur a persecutione criminali, ob hanc illamue causam instituta aut instituenda.

* Abolitio Romanorum legibus fundata a nostra differt impetrantium, concedentium, & modi, quo conceditur, intuitu.

§. CCCLXX.

o) Ibid. §. 70.

p) Ib. §. 71. seq.

q) Ib. §. 102. seq.

§. CCCLXX.

Vnde fluunt sequentia:

- I. Abolitio est actus gratiæ.
- II. Tollit persecutionem criminalem.
- III. Est strictissimæ interpretationis.

§. CCCLXXI.

Quia abolitio est actus gratiæ (§. pr. I.): actus gratiæ, sequitur, (1) ut concedi queat (a) non a magistratu subalterno *r*), sed a principe, (b) tam præuia causæ cognitione, quam sine ea, (c) plena & ad certum effectum restricta, (d) gratis & interueniente pecunia; (2) ut concessa non facile reuocanda *s*).

§. CCCLXXII.

Ex secundo (§. CCCLXX, 2.) patet, quo persequitio abolitione (1) non iudicium civile (§. CCCLXXI) *t*), sed (2) quemuis processum criminalem ob quoduis crimen institutum quolibet tempore fisti, proptereaque abolitione munitum (a) carceri includi, aut in eo retineri, itidem (b) deprecatione, pœnitentia publica *u*), remotione ab officio uel alio modo puniri non posse; (3) tolli omnem ex crimine uel inquisitione oriundam maculam *x*), præ-

r) LYNCKER *dec.* 912.

t) GERHARD *c. d.*

s) BERGER *El. Iu-*

c. 2. §. 13. WILDVO-

rispr. Cr. suppl. p. II. p.

GEL c. d. §. 34. seq.

61. WILDVOGEL *d. de*

u) GERHARD *c. d.*

abolitionibus & iure tertii

c. 3. §. 10. seq.

circa eas §. 31.

x) *Id. c. I. §. 9.*

præsertim si famæ restitutionis mentio facta fuerit in abolitionis diplomate *y*). Quæ quoque causa est, cur abolitione donatus iniuriarum conuenire possit eum, qui delictum abolitum dolo malo resuscitat *z*).

* Acta criminalia ex iudicio plerumque remouentur, GERHARD c. d. §. 6. & quandoque ipsi reo traduntur.

§. CCCLXXIII.

Ea a suo
principe
concessa

Quia abolitio est ille actus gratiæ, quo sistitur persecutio criminalis (§. CCCLXX, 1. 2.): cognitu erit facile, non quemlibet principem, sed illam, a quo dependent leges & iudicia istius loci, ubi processus criminalis institutus aut adhuc institutus est *a*), abolitionem concedere posse.

§. CCCLXXIV.

strictissimæ
interpretationis
est.

Ex tertio (§. CCCLXX, 3.) denique colligo, abolitionem (1) ad hunc uel illum effectum restrictam ad alios non extendendam esse, nec, (2) si uel maxime plena sit, ad futura, sed præterita delicta, & quidem ea tantum, quæ abolitionis testimonium expressis uerbis loquitur, pertinere.

§. CCCLXXV.

y) *Conf. Hal. To. I.*
conf. 127. n. 2.

z) WILDVOGEL
c. d. §. 43.

a) IDEM c. d. §. 26.
GERHARD c. d. c. III.

§. 2.

§. CCCLXXV.

Suo modo quoque sistitur criminalis ^{III. trans-} ^{actio &} cognitio ^{III. trans-} ^{actio &} transactione, læsum inter & reum inita, ubi lex crimen uindicans magis priuatum quam publicum attendit interesse. Cæterum neque transactionem habemus semper indicium ad torturam sufficiens, neque quæstionem: *an de crimine transigere liceat?* decisuri, cum Romanis distinguimus inter *capitalia & non capitalia* crimina ^b).

§. CCCLXXVI.

Quod denique ^{IV. mors} ^{rei & c. tol-} morte rei, si crimen ^{lunt iudi-} perduellionis exceperis ^c), & ^{cium cri-} ^{minale.} ^{V. sententia} absolutoria sistatur criminalis processus, res ipsa loquitur.

TIT. XXXIII.

DE

EXPENSIS CRIMINALIBVS

§. CCCLXXVII.

Melioris perspicuitatis ergo licebit nobis ^{Expensæ} ^{tam crimi-} ^{nales} *expensas criminales* hic in sensu strictiore sumere, atque ab *expensis processus criminalis* distinguere. Erunt itaque nobis sumtus in executionem sententiæ

b) Diff. GERDESIVS DIVS d. de transact. in d. de usu transactionis in delictis pro re dimenda uexa. RHO c) BRUNNEMANN proc. inquis. c. XI. nr II.

tentiæ criminalis erogati. Eo pertinent
Nachrichters = Gebühren bey der Tortur,
Frohnen = Gebühren bey Hegung des Ge-
richts, Blutschreyers = Prediger = und andere
Executions - Gebühren, Galgen = Steuer &c.

§. CCCLXXVIII.

quam in
processum
criminales
factæ

Expensarum processus criminalis au-
tem nomine ueniunt, quæ in causarum
criminalium cognitionem & decisionem
factæ sunt. In *iudiciales* & *extraiudicia-*
les diuiduntur. Ad *illas* pertinent: das
Hebe-Geld, Besichtigung = Citation - Con-
frontation-Commission-Gebühren, Urthels-
Gelder, Registratur-und Abschrifts-Gebüh-
ren, Fang-und Schließ-Geld &c. it. quæ sol-
uuntur iudici pro urpheda, relegatione
aut clamore zetterico &c. ad *has* uero
non immerito referre potes Fiscals- und
Aduocaten-Gebühren, Arzt-und Barbierers
Lohn, Bothen = Lohn, Auslösung der fremd
angefommenen Zeugen.

§. CCCLXXIX.

non ubique
eiusdem
quantitatis
sunt.

Cum *has* tum *illas* quarundam pro-
uinciarum leges determinant, sed uario
modo *d*).

§. CCCLXXX.

Expensas in
proc. crim.
erogatas
fert ille,

Vt intelligere possis, quis expensas cri-
minales (§. CCCLXXVII.) aut crimina-
lis

d) BEIER *de expen-* §. 5. seq. c. XIII. §. 7. &
sis execut. crimin. c. IV. c. XIV.

lis processus (§. CCCLXXIIX) ferre te-
neatur, sequentes notabis regulas:

- I. Expensas processus criminalis fert ille, in cuius tendunt commodum,
- II. quive earum temeraria causa potest dici.
- III. Expensas criminales iudex facere debet, nisi hoc onus in alium devoluerit pactum vel consuetudo.

§. CCCLXXXI.

Regula prima (§. pr. 1.) docet, esse (1) in cuius accusatoris accusati & inquisiti, testibus, quos quilibet produxit, sumtus itineris & victus suppeditare e), (2) rei uero, præstare aut saltem refundere impensas, in illius alimenta aut defensionem factas f). Sic quoque (3) actorum exemplum datur g), eorumque transmissio decernitur, sumtibus petentis h).

§. CCCLXXXII.

Ex secunda (§. CCCLXXX, 2.) sequitur (1) ut reus condemnatus i) *, illiusque heredes k) **, omnes ***, (2) accusator uero calumniosus & temerarius l),

in cuius commodum tendunt,
quive earum causa temeraria potest dici.

itidem

e) C. C. art. 75. k) C O C C E I I d. de
f) Ib. art. 153. BER- oblig. hered. ex del. def.
GER E. I. C. suppl. p. II. c. IV. §. 30.
obl. 197. l) C. C. art. 12.90. 99.
g) Ib. art. 83. Ill. B O E H M E R d. de
h) Ib. art. 219. expens. crimin. c. 2. §.
i) Ib. art. 153. 9. seq.

itidem (3) *iudex*, qui de facto & per iniuriam processit *m*), omnes, si in alimenta & defensionem rei factas exceperis, atque (4) *fiscalis*, de cuius calumnia non omnino constat, nullas ferre debeat expensas; (5) ut quoties reus non potuit non † per torturam, territionem, aut iusiurandum se purgare de crimine, in processu accusatorio expensarum compensationi *n*), in inquisitorio autem refusioni a reo faciendæ locus sit *o*), si hic uel maxime nihil illiciti confessus sit.

* Huic æquiparatur, (a) qui post confessionem criminis naturaliter mortuus est, aut (b) legitimis iudiciis grauatus metu torturæ uel pœnæ sibi mortem consciiuit. Ill. BOEHMER c. d. c. III. §. 4. seq.

** In Saxonia El. heredes rei, qui capitalem aut corporalem pœnam sustinuit, non uero illius, qui huius generis pœnam redemit, a refundendis expensis immunes sunt. Meier c. d. c. 4. 5. CARPZOV *proc. crim.* qu. 138. BERGER *El. Iur. Crim.* p. 45. seq. KRESS ad C. C. art. 204. §. 18. seq. Qui idem extra Saxoniam iuris esse statuunt, eorum rationes satis discussit BOEHMER c. d. c. 2. §. 7. seq.

*** En causam, cur accusator & iudex a condemnato, huiusue heredibus, repetant sumtus, quos in processum criminalem fecerunt necessario

m) C. C. art. 20. 61. §. 10. seq.
LYNCKER *resol.* 434. *o*) IDEM c. d. c. 3.
n) C. C. art. 61. ibique KRESS §. I. III. §. 8. Diss. BERGER
BOEHMER c. d. c. 2. 197. E. I. C. suppl. p. II. obf.

cessario, HEIL *iud. & def. c. f. §. 4.* non imprudentia aut imperitia C. C. art. 72. ibique KRESS. Ill. BOEHMER c. d. c. 2. §. 13.

† Tantum itaque abest, ut, qui citra culpam suam inquisitioni subiectus, & ad purgationem nulliter adactus est, expensas iudici refundere teneatur, ut potius hunc de iniuriis, expensis & damnis convenire possit. MEIERS d. de liberat. inquisiti a sumtibus processus c. 8.

§. CCCLXXXIII.

Illud denique notes, (1) quod omnes expensas, etiam in alimenta & defensionem condemnati factas, *iudex p*), nullas autem *laesus*, huiusue *heredes*, ferre teneantur in subsidium; (2) quod nullo iuris fundamento nitatur illa thesis: *ad primam classem pertinent expensae criminales, quas iudex repetere potest.*

§. CCCLXXXIV.

Quia expensas criminales facere debet *iudex q*), nisi hoc onus in alium devoluerit lex, pactum uel consuetudo (§. CCCLXXX, 3.): notandum erit (1) iudici, *collectam*, quam dicunt *focariam*, *pe-* Collecta focaria, quae pacto nititur, uel consuetudine, *petenti*, incumbere onus probandi, eam pacto *r*) uel consuetudine *s*) introductam esse. Quandoquidem uero pacta variant atque mores, ad intelligendum est facile, *Engau Ius Crimin.* **Ii** qua-

p) C. C. art. 47. 154. r) BEIER c. tr. c. XII.
176. Ill. BOEHMER c. SCHUSLERI d. de expens. inq. & crim. §. 23.
d. c. 2. §. 15. s) ID. c. tr. c. XI. §. 5.
q) C. C. art. 61. 204.

quare collecta focaria (a) alibi ad familias t) sit restricta, alibi inhæreat ædibus, hocque (b) diuerso modo, dum alibi ædes nobilium cuiuscunque generis ab ea sunt immunes, alibi uero primariae tantum, non secundariae die *Rabelhäuser* aut rusticae u); (c) alibi debeat, si iudex ad actum criminalem peruenire potuerit x), alibi tunc demum, si ad illum reuera peruenierit; (d) quod ad quantitatem nimis uariet y).

§. CCCLXXXV.

strictissime
sumenda
est,

Sic quoque notabis (2) collectam focariam, quam iurisdictionis dominus probauit introductam, strictissime z) sumi debere, ideoque (a) de personis in personas, (b) de loco in locum, aut (c) de casu in casum a) extendi, atque (d) a debito des *Hencker-Gelds* ad debitum die *Galgensteuer*, item (e) ab obligatione soluendi expensas criminales, das *Hencker-Geld*, siue, ut alii loquuntur, wenn der Fall peinlich, oder die Sache henckermäßig wird, ad obligationem soluendi expensas in processum criminalem factas argumentum duci non posse.

§. CCCLXXXVI.

- | | |
|--------------------------------------|-------------------------------|
| z) ID. c. l. c. IX. §. 7. | §. 46. seq. |
| nr. 332. | y) BEIER c. tr. c. XI. |
| u) ID. c. l. §. 6. nr. 330. | § 6. n. 505. seq. |
| x) MYLIUS ad BEY- | z) IDEM c. l. §. 7. nr. |
| ER. p. 377. Pr. nr. de | 508. seq. |
| <i>libror. quos Erbbücher</i> &c. | a) ID. c. l. c. IX. §. 14. |
| <i>dicere solemus, forma &c.</i> | n. 355. c. XII. §. 1. n. 569. |

§. CCCLXXXVI.

Iudex officio suo satisfactorius debet ^{Officium}
 (1) curare, ut accusator & quis alius, qui ^{iudicis &}
 sumtus processus criminalis suppeditare
 tenetur, cum sacco ueniat, ubi opus est
 parata pecunia, baarer *Verlag*, & (2) ne
 quid nimis aut frustra impendatur; (3)
 ordinationes prouinciales attendere in
 sportulis suis liquidandis *b*).

§. CCCLXXXVII.

Defensor rei in expensas condemnati ^{defensoris.}
 debet (1) docere, ob puram absolutio-
 nem uel aliam causam reum ab expensa-
 rum refusione immunem esse. Quodsi
 uero hoc docere nequeat, illius est, (2)
 ubi plures sunt eiusdem criminis socii,
 expensas in generalem inquisitionem fa-
 ctas, quippe quas reorum quilibet pro
 rata tantum refundere tenetur, a reliquis
 distinguere, & (3) si quas citra causam in
 processum factas deprehendit, rescare,
 atque (4) necessarias examinare: ha-
 beant laboris & æquitatis rationem, nec
 ne *c*)?

b) HEIL *iud. & def.* THOENNIKER *Ad-*
c. VIII. §. II. seq. *uoc. prud. c. XVI. nr.*

c) IDEM *c. I. §. 14. 18. seq.*

F I N I S.

Ii 2

INDEX



INDEX I.
TITVLORVM.

Dissertatio Proœmialis de Iurisprudentiæ Crimi-
nalis necessitate, subsidiisque. pag. I

LIBER I.

Tit.	I. De legibus criminalibus germanicis, earum- que origine, fatis & usu hodierno.	7
	II. de delictis in genere.	15
	III. de ueris & qu. criminibus in genere	21
	IV. de causis, ex quibus crimina redduntur uel grauiora uel leuiora.	32
	V. de pœnis.	33
	Membr. I. de uariis pœnarum generibus.	34
	II. de proportione & comparatio- ne pœnarum inter se.	43
	III. Pœnæ sequuntur crimina, his- que respondere debent.	45
	IV. de iure iudicis circa pœnas.	51
	VI. de fredo, faida, mulcta & emenda.	57
	VII. de furto, illiusque crimine.	
	Membr. I. de furto in genere.	58
	II. de crimine furti, illiusque pœ- na	66
	III. de actione ciuili, quæ furtum passo competit.	78
	VIII. de sacrilegio, illiusque crimine.	80
	IX. de rapina, illiusque crimine.	85
	X. de plagio.	91
	XI. de furto ferarum.	92
	XII. de delictis carnis in genere, & speciatim de fornicationis crimine.	96

Lib. I.

